



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ
ΤΗΣ ΚΟΙΛΗΣ ΣΤΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ
ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ.

IAMBLICHI CHALCIDENSIS
EX COELE - SYRIA
A D H O R T A T I O
A D P H I L O S O P H I A M .

TEXTUM AD FIDEM CDD. MSS. RECENSUIT
INTERPRETATIONE LATINA PARTIM NOVA
ET ANIMADVERSIONIBUS INSTRUXIT

M. THEOPHILUS KIESSLING
SCHOLAE EPISCOPALIS CIZENSIS CŌNRECTOR.

LIPSIAE, MDCCCXIII.
SUMTIBUS F. C. G. VOGELII.



VIRIS SUMMIS

CHRISTIANO DANIELI BECKIO

POTENT. REG. SAX. CONSIL. AUL. GRR. ET LATT. LITT. IN
VNIVERS. LIPS. PROF. PUBL. ORD. ACAD. DECEMVIRO ORD.
PHILOS. SENIORI ALUMNN. REG. EPHORO REG. SEMINAR.
PHILOL. DIRECT. BIBL. ACAD. PRAEFECTO SOCIETT.
IABLONOV. ET OECON. LIPS. VELITERNAE VOLSCORUM REG.
BAV. MONACH. ERFURT. TRAIECT. VIADR. ET LAT.
IENENS. SODALI

ET

GODOFREDO HERMANNO

ELOQ. ET POET. IN VNIVERS. LIPS. P. P. O. COLLEGII
MIN. PRINC. SOCIO SOCIETT. BAVAR. MONACH. ET
NANTIENSIS AC LAT. IENENS. SODALI

OLIM PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

IAM PATRONIS OMNI PIETATE DEVENERANDIS

HUNC LIBRUM

D. D. D.

E D I T O R.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 101

PHYSICS 101
Lecture 10
The Special Theory of Relativity
The Michelson-Morley Experiment
The Lorentz Transformation
Time Dilation
Length Contraction
The Relativity of Simultaneity
The Velocity Addition Formula
The Doppler Effect
The Twin Paradox
The Relativistic Doppler Effect
The Relativistic Momentum
The Relativistic Energy
The Mass-Energy Equivalence
The Relativistic Velocity Addition
The Relativistic Velocity Addition
The Relativistic Velocity Addition

PHYSICS 101
Lecture 11
The Special Theory of Relativity
The Lorentz Transformation
Time Dilation
Length Contraction
The Relativity of Simultaneity
The Velocity Addition Formula
The Doppler Effect
The Twin Paradox
The Relativistic Doppler Effect
The Relativistic Momentum
The Relativistic Energy
The Mass-Energy Equivalence
The Relativistic Velocity Addition
The Relativistic Velocity Addition
The Relativistic Velocity Addition

P R A E F A T I O.

Quem hic nostra qualicumque opera emaculatum et expolitum in vulgus emittimus Iamblichi librum, qui ad philosophiae studium adhortatur, eum sua quidem se praestantia et virtute nequam ita commendare, ut dignus censi possit, qui iteratis philologorum curis et studiis tractetur, inter viros eruditos satis constat. Etenim huius libri indoles illius commentarii, quem idem philosophus de vita Pythagorica ex aliis auctoribus compilavit atque consarcinavit, simillima esse reperitur, quum

tertia propemodum eius pars exscripta sit e Platonis dialogis, quorum uertatem Iamblichi aetate philosophi praeter ceteris probabant et in riuulos suos deriuabant. Atque hunc exscribendi laborem per se satis inglorium auctor noster tanta negligentia properauit, ut, quum parum curaret, quo vinculo singula argumenta inter se cohaerent, quoue ordine deinceps proponerentur, passim ne dialogi quidem vestigia satis exstingueret atque deleret, aut uerborum tempora, quibus Plato recte usus esset, ad immutatam ab se orationis naturam, et ipsa immutaret. Iam quum adeo leuis in hoc libello componendo ratio auctori placuerit, non facile quisquam in eam opinionem adducetur, multa inde depromi posse, quae ad dogmata philosophiae neo-platonicae cognoscenda et illustranda magni sint momenti. Equidem certe non tantum ad illam rem hic instrumenti deprehendi, ut probarem sententiam Bruckeri,

qui *Histor. crit. philos.* Tom. II. p. 267. affirmat, ex his ad philosophiam exhortationibus philosophiae Pythagorico-Platonicae magnam lucem posse affulgere. Secus atque Bruckerus iudicat Meinersius in libro: *Gesch. d. WW.* Tom. I. p. 272. not. Neque tamen propterea credendum est, nihil omnino pretii huic doctoris admirabilis descriptioni esse constituendum; nam insunt plura capita, et maxime vltimum, in quo de symbolis Pythagoricis exponitur, quae illius, quam Iamblichus excoluit, philosophiae interpretibus minime negligenda esse videantur.

Quum igitur huius libelli bona non sint nulla, isque adhuc ita editus fuerit, ut non iniuria pro non edito haberi posset, non metus, ne viri docti meum nouae eius editionis adornandae consilium prorsus improbent, dummodo hanc prouinciam susceptam ita administrauerim, ut, quod ex Arcerii editione

perspici non poterat, qualis esset huius libelli indoles atque natura, ex hac noua editione intelligatur. Est enim haud dubie Arcerii editio in pessimis, quae vnquam vulgatae sunt, veterum auctorum editionibus numeranda, siue contextum, quem vocant, spectes, qui et culpa editoris manum librarii in illo Codice, vnde Arceriana editio descripta est, saepissime non assequentis, et negligentia typographi innumeris vitiis scatet, siue interpretationem latinam, quae vel in facillimis ad intelligendum locis mirum in modum ab auctoris sententia aberrat. Sed iam satis superque bonus Arcerius a viris doctis castigatus et vituperatus est, dignus is potius aliorum miseratione, qui Castigatt. p. 40. scribit, se plura cum lectoribus communicare non potuisse per occupationes moeroresque, in quibus quotidie fere versaretur, et turpes tantum non mortes, quibus afficeretur. Post Arcerium summi viri Fabricius et Hemsterhusius

huic quoque libro operam suam dicare constituerant. Atque Fabricius quidem iam aliquam laboris partem profligauerat, sed non omnem absoluerat, atque, quod cognouimus e Vita I. A. Fabricii ab Herm. Sam. Reimaro conscripta p. 56, Iamblichi Protreptici variae lectiones Codicis Parisiensis et emendationes Codici Spanhemiano adscriptae a viro docto et pars versionis Fabricii ac notae eiusdem ad Tib. Hemsterhusium transmissae sunt. Quibus copiis collectis quid factum sit, me quidem latet. Earum tamen parte, ut mox patebit, nobis quoque uti licuit. Iam quum huius libelli fata adhuc tam iniqua fuissent, facile me a Muellero, scholae Cizensis Rectore celeberrimo, cui multis me nominibus obstrictissimum me sentire gratus profiteor, permoueri passus sum, ut eius denuo edendi curam susciperem. Nam hic vir doctus, quum praeter alios codices manuscriptos, qui in bibliotheca Episcopatus Numburgo-Cizensis asseruantur, etiam Iamblichi

codicem diligenter excussisset et cum Arcerii editione contulisset, ad huius potissimum codicis auctoritatem Iamblichi manum satis fideliter restitui posse iudicabat *). Continet hic codex quatuor Iamblichi libros sic inscriptos: *Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς πυθαγορικῆς αἰρέσεως* α) περὶ τοῦ πυθαγορικοῦ βίου. β) προτριπτικὸς ἐπὶ φιλοσοφίαν. γ) περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. δ) περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ὅς περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης καὶ περὶ γεωμετρίας καὶ περὶ μουσικῆς τῆς πυθαγορείου. Est forma maxima, optime conseruatus et in charta solida atque leuigata nitidissime et satis accurate paucisque scripturae compendiis adhibitis a duobus librariis, quorum manus facillime legi potest, scriptus.

*) In libello scholastico anno c1910cccx1. hoc titulo edito: *Notitia et Recensio Codicum Mss., qui in bibliotheca Episcopatus Numburgo-Cizensis asseruantur. Particula quarta.* Hunc libellum in iis, quae de Codice Cizensi retuli, sequutus sum.

Librarii, quorum nomina nusquam notata sunt, videntur e Graecis fuisse, qui saec. XV. in Italia terrisque vicinis libris describendis operam darent. Hinc ad saeculum XV. referendus est; sed si Reinesium in Epp. ad Nesteros p. 117. sequaris, ad saeculum XVI. Quod idem Reinesius iudicat, eum esse e Cdd. Bibl. Marcianae descriptum, in hoc ei non assentiendum videtur, quum eius lectiones differant a Cod. Marciano, e quo Villoisonus in Anecd. Graec. Vol. II. p. 188. sqq. Iamblichi librum *περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης* edidit. Ex Italia hic codex a Schroetero, olim Professore Jenensium, in Germaniam delatus est, e Schroeteri bibliotheca per Nesterum, tum Physicum Rochlicensem, ad Reinesium devenit, quod hic ipse in folio puro editioni Arcerii adiecto significat, e Reinesii denique bibliotheca post illa itinera in bibliothecam Episcopalem, quae Cizae est, demigravit. Quum Reinesii fuisset, ab Hemsterhusio, qui eius col-

lationem ab se institutam cum Valckenario, ut Valckenarius cum Koenio (cf. Gregor. Corinth. p. 165. ed. Schaef.) communicavit, aliisque modo Reinesianus, modo Cizensis nominatur; a me ubique in notis Cizensis. Praeter hunc codicem, quem diligentissime ipse contuli, ad manus mihi fuerunt lectiones codicis Parisiensis cum coniecturis et emendationibus viri docti, quem Lud. Kuesterus ad Iamblichi vitam Pythagor. in editionis suae praefatione Ios. Scaligerum esse censet. Has acceperat Muellerus a Teuchero Lipsiensi, viro graecarum litterarum studiosissimo, a quo ex editionis Arcerii exemplari, quod in bibliotheca Senatus Lipsiensis asservatur, descriptae sunt. Berolini enim in bibliotheca regia in Ez. Spanhemii libris est etiam codex Iamblichi (quem Heindorfium V. C. in locis Platonice ab Iamblicho repetitis contulisse suspicor), cuius marginibus Nicol. Rigaltius lectiones eiusdem Cd. Paris., cuius ope

Kuesterus vitam Pythagorae aliquantum castigatam edidit, adscripsit. Quaecunque autem Rigaltius isti codici adscripserat, ea omnia a viro quodam docto (intelligunt La Croze, vel M. Vdair. Lud. Crellium, quem Fischerus in Praef. edit. III. Platonis Euthyphr. Apol. Crit. et Phaed. p. X. sub siglis M. V. L. C. latere suspicatur) in exemplar editionis Arcerianae modo commemoratum, quod in bibliotheca Senatus Lipsiensis asservatur, translata sunt.

His ego copiis, quanquam non admodum amplis et splendidis, non contemnendis tamen, in textu castigando et refingendo omni fide vsus sum, videturque is iam ita esse constitutus, ut non multa loca supersint, quae Iamblichi manum non referant. Nonnunquam, ubi subsidia parata me deficerent, ad coniecturam confugere coactus fui, passimque ex ingenio textum mutare ausus sum. Sed raro hoc, ut conuenit,

est factum; et si in locis nonnullis, paucis quidem, iusto audacior fuisse videar, hanc audaciam non in malam partem vertent, qui cogitabunt, me, quum latinam interpretationem adicere constituissem, lectiones aperte falsas in textu relinquere non potuisse. Cum fide tamen his de mutationibus ubiuis mentionem feci.

Sed hanc ipsam interpretationem latinam quod addidi, id hac quidem aetate, qua graecarum litterarum studia cum maxime florent, excusatione videtur indigere, eamque inde mihi paratum iri existimaui, quod ita molestissimo negotio Arcerii interpretationem, quae in quam plurimis et vel expeditissimis locis scriptoris mentem non redderet, vituperandi et corrigendi liberarer. Invertendo autem id maxime sequutus sum, ut interpretatio et fida et satis latina esset, neque nimis libere vagaretur. Ita passim coactus fui, vocabula

serioris quidem aetatis, non tamen barbarae, usurpare: quod, si spero, non vituperabitur, quum, si iis uti nollem, ad molestas circumlocutiones confugiendum esset. Cavi tamen, ne frequentius usurpata taedium facerent. In locis Platonis plerumque Ficini interpretationem reddidi: res enim periculi plenissima esse videbatur, Platonem latine interpretari, quum nuper Summus Wolfius luculentissimo exemplo ostendisset, quale os Romanum deceret Platonem.

Denique opto, ut haec Iamblichio a me nauata opera aequos et beneuolos iudices experiatur, qui, quos deprehendent commissos a me errores, etiam propterea condonandos esse censeant, quod hic labor muneris, quo fungor, occupationibus saepissime fuerit interruptus. Summopere tamen laetabor, si viri docti erroribus meis indicandis et corrigendis eandem impenderint diligentiam, quam Schaeferus Clarissimus vitiis

typographicis arcendis et propellendis impendit. Hic enim sedulo cauit, ne typorum, quibus hunc librum exscribi iussit Vogelius, librarius honestissimus, nitor et elegantia istis sordibus contaminaretur.

Scr. Cizae, Cal. Novembr. c1913ccckii.

ΓΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ,
ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ.

WILLIAM WALKER

COLLECTOR OF THE REVENUE

INDIA

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΥ *).

- α. Τίς ἡ ἀρχὴ κατὰ Πυθαγόραν τῆς εἰς παιδείας καὶ φιλοσοφίαν εἰσαγωγῆς, καὶ πῶς κοινοτάτη ἐστὶ καὶ εἰς πάντα τὰ εἰς φιλοσοφίαν ἀγαθὰ διατείνουσα, τίς τε αὐτῆς ἡ τάξις καὶ ὅτι τριχῇ ¹⁾ διαιρεῖται, καὶ πῶς αἰεὶ πρόεισιν ἐπὶ τὸ καθαρώτερον.
- β. Γνωμικὰ ὁμοιώματα προτρεπτικὰ ἀπὸ τῶν ἐναργῶν πᾶσι κινουῦντα ἡμῶν ²⁾ τὴν προθυμίαν ἐπὶ τὸ γενναίως ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς κοινῆς κατὰ πᾶσαν αἴρεσιν νοουμένης ἀρετῆς.
- γ. Πυθαγορικὰ γνῶμαι προτρεπτικὰ ἔμμετροι εἰς πᾶσαν τὴν ἀρίστην ³⁾ καὶ θειοτάτην φιλοσοφίαν παρακαλεῖν δυνάμεναι.
- δ. Ἐπιστημονικὰ ἔφοδοι εἰς προτροπὴν τείνουσαι τῆς θεωρητικῆς φιλοσοφίας μετὰ τοῦ καὶ διδασκαλίαν παρέχειν, ὅσον τε καὶ ἡλίκον ἐστὶν ἀγαθὸν ἢ φιλοσοφία ⁴⁾ καὶ διὰ

*) Haec capitum summaria, quae ab Arcerio per negligentiam ommissa videntur, e Cd. Ciz. descripsi, addita e Cd. Par. lectionis varietate.

1) Pro τριχῇ Cd. Par. praebet ψυχῇ, et καθαρώτατον pro comparativo.

2) ἡμῶν] Cd. Par. ἡμῖν. Idem pro κοινῆς habet κοινῶς.

3) τὴν ἀρίστην] Cd. Par. τὴν ἀρετὴν.

4) ἡ φιλοσοφία] Cd. Par. ἡ σοφία. Idem paullo post eὐ φρονούσι.

- τίνας αἰτίας περισπούδαστον τοῖς εὐφρονοῦσιν.
- ε. Πυθαγορικὰ ἰδίως προτροπαὶ πολὺ παραλλάττουσαι τὰς παρὰ 5) τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις παρακλήσεις καὶ ἰδίως ποιούμεναι τὰς ἐφόδους.
- ς. Σύμμικτοι προτροπαὶ πρὸς τε τὴν πρακτικὴν καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν καὶ πρὸς τὴν τῆς τελειοτέρας κατὰ νοῦν σοφίας κτῆσίν τε καὶ χρῆσιν.
- ζ. Ἰδιάζουσαι παρακλήσεις πρὸς τὴν θεωρητικὴν φιλοσοφίαν καὶ διαφερόντως τὴν κατὰ νοῦν ζωὴν αἱ μὲν ἀπὸ 6) τῆς τοῦ ὄντος ἀνθρώπου φύσεως, αἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐναργῶν ὑπομνήσκουσαι τουτὶ τὸ προκείμενον.
- η. Ὑπομνήσεις ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν παραμυθούμεναι τὸ πράττειν 7) ὀρεκτὸν καὶ δι' αὐτὸ αἰρετὸν φιλοσοφίαν ἐναργῶς τε προάγουσαι εἰς τὴν προτροπὴν ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῖς πᾶσιν.
- θ. Ἀπὸ τοῦ βουλήματος 8) τῆς φύσεως ἔφοδος εἰς προτροπὴν κατὰ τὴν Πυθαγόρου ἀπόκρισιν, ἣν εἶπεν τοῖς ἐν Φλιούντι πυνθανόμενοις, τίς ἐστὶ καὶ τίνος ἕνεκα γέγονε.
- 5) τὰς παρὰ] Haec duo verba cum proximo παρακλήσεις a Cd. Par. absunt.
- 6) αἱ μὲν ἀπὸ] Cd. Par. αἱ μὲν γὰρ ὑπὸ, tum ὑπομνήσκουσαι.
- 7) τὸ πράττειν] Cd. Par. τὸ πρῶτως, deinde φιλοσοφίας et πᾶσι.
- 8) βουλήματος] Cd. Par. βουλευμάτων, tum ἐφόδου — εἶπε — Φλιούντια (quod etiam in Cd. Ciz. erat) — et pro τὴν est καί.

- ταύτη γὰρ ἐπομένως συλλογιζόμεθα τὴν προτροπὴν ὅλην.
- ι. Ὅτι καὶ 9) μεγάλας ὠφελείας παρέχεται πρὸς τὸν βίον ἢ θεωρητικὴ φρόνησις, ὑπομνήσεις πλείονες καὶ ἀπὸ πλειόνων ἀφορμῶν τρόποι τε τῆς χρείας ὑποδείκνυνται διάφοροι καὶ πρὸς πολλὰ τέλη τῶν συμφερόντων ἡμῶν συμβαλλόμενοι.
- ια. Ὅτι τῷ κατὰ νοῦν ἐλομένῳ βίῳ καὶ τὸ χαῖρον διαφερόντως ὑπάρχει.
- ιβ. Ἀπὸ τοῦ πρὸς εὐδαιμονίαν φέρειν φιλοσοφίαν τελέως καὶ ἀληθῶς ἔφοδος εἰς προτροπὴν τοῦ φιλοσοφεῖν τελέα¹⁰⁾ καὶ ἀνυσιμωτάτη.
- ιγ. Ἀπὸ τῶν περὶ φιλοσοφίας¹¹⁾ ἐννοιῶν ἔφοδοι εἰς προτροπὴν κατὰ τὰς πυθαγορικὰς ὑποθέσεις καὶ κατὰ τὰς ἀληθεῖς περὶ ψυχῆς δόξας.
- ιδ. Ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ τῆς ὅλης ζωῆς τοῦ φιλοσόφου ἀφορμαὶ εἰς προτροπὴν ὁμοῦ ἐξ ἀντιπαραθέσεως ἐπιδεικνύουσαι, ὅσα δὴ τινι προέχει ἢ τοιαύτη ἐνέργεια τῶν ἄλλων τῶν δοκούντων εὐδοκίμων εἶναι βίῳ.
- ιε. Ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀπαιδευσίας ἢ προτροπῆ, εἰ τὸ¹²⁾ μὲν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν,

9) καὶ] A Cd. Par. abest.

10) τελέα] Cd. Par. τελέως. Deinceps ἀνυσιμωτάτην, in Ciz. ἀνασιμωτάτην.

11) φιλοσοφίας] Cd. Par. φιλοσοφίαν.

12) τὸ] A Cd. Par. abest, vt paulo post μὲν, et pro eo δὲ est τό τε.

τὸ δὲ τῶν κακῶν μέγιστον, εἰ καὶ αὐτὰ τε ἐστὶ τοιαῦτα, καὶ ἔοικε τοιούτοις τισὶν ἑτέροις, οἷα πέρ ἐστιν αὐτὰ, καὶ ὅτι φιλοσοφία μὲν παιδείας ἐστὶν ἡγεμῶν, τὸ δὲ ἐναντίον κατάρχει ἀπαιδευσίας.

ις. Ἄλλαι ἔφοδοι ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς ¹³⁾ παιδείας προτρέπουσαι ἐπὶ τὴν συγγενῆ πρὸς τὸ παιδεύεσθαι φιλοσοφίαν. τὸ τε γὰρ ἔργον ὁμοῦ τῆς φιλοσοφίας ἐπιδεικνύουσα καὶ τὴν ὅλην αὐτῆς ἐπιμέλειαν περὶ τὰς ἀρίστας ἐνεργεῖ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων.

ιζ. Ἀπὸ τῶν παλαιῶν λόγων καὶ τῶν ¹⁴⁾ μύθων τε ἄλλων καὶ τῶν πυθαγορικῶν ὑπομνήσις εἰς προτροπὴν ἐπὶ τὸν σώφρονα καὶ μέτριον καὶ κεκοσμημένον βίον· αἱ δὲ αὐτὰ μεταβάλλουσι τὴν διάνοιαν ἡμῶν πρὸς τὴν ἀκολασίαν καὶ τὸν κατὰ τὴν ἡδονὴν βίον.

ιη. Ἀπὸ τῶν ἐναργῶς περὶ τὸ σῶμα φαινομένων τάξεων καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸ κόσμου κατὰ τὴν ἀνάλογον μετάβασιν τῆς διανοίας ἐπὶ ψυχὴν μεταβαίνοντες ποιούμεθα τὴν προτροπὴν γνωρίμως τοῖς ἀκούουσι καὶ πιδανῶς διὰ τὸ ἀπὸ τῶν ἐναργῶν αὐτὴν προσιέναι.

ιθ. Ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθῶν ἔφοδος εἰς προτροπὴν ὡς ὄντων κυριωτάτων εἰς εὐδαιμονίαν καὶ ἀπὸ τῶν ἀρετῶν ὡς αὐτάρκων ¹⁵⁾

13) τῆς] Cd. Par. εἰς — προτρέπεσθαι. Sub finem pro περὶ habet πρὸς et ἐνεργείας.

14) Post τῶν Cd. Par. addit ἱερῶν, tum legit ὑπομνήσεις.

15) αὐτάρκων] Cd. Par. αὐταρκῶν, tum ὁμοία.

ὑπαρχουσῶν πρὸς τὸν μακάριον βίον ἢ ὁμοία
παράκλησις.

κ. Μειγμένα ὑποθῆκαι προτροπαῖς κοινῇ
διήκουσαι ἐπὶ πάντα ¹⁶⁾ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ μέρη
πάντα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ τὰ τέλη τοῦ βίου,
ῶν στοχάζεται ἡ ἀρετή.

κα. Τίς ἢ συμβουλευτικὴ προτροπὴ καὶ πῶς
γίνεται ¹⁷⁾ διὰ συμβόλων, ἀνάπτυξις τε καὶ
κοινῇ τῶν συμβόλων καὶ διὰ ἐκάστου αὐτοῦ
μόνον ἀπ' αὐτῶν προτρεπτικὸν ἐξηγουμένη
ποσαχῶς γίνεται, τὴν δὲ ἄλλην πραγμα-
τείαν περὶ τῶν συμβόλων ἀλλαχοῦ ὑπερτι-
θεμένη.

16) πάντα] Cd. Par. τὰ πάντα, tum pro τέλη legit μέρη
τέλη, et ὡς pro ῶν.

17) γίνεται] Cd. Par. γίνεται, tum κοινῇ, et pro verbis
καὶ διὰ ἐκάστου vsque ad ἐξηγουμένη non nisi haec
habet: καὶ διηγούμεναι, denique pro τὴν δὲ ἄλλην legit
καὶ δι' ἄλλην.

ἸΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΤΗΣ ΚΟΙΛΗΣ ΣΤΡΙΑΣ
ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ἑΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΠΕΡΙΕΧΟΝΤΩΝ
ΤΟΥΣ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ἘΙΣ ΦΙΛΟ-
ΣΟΦΙΑΝ *)

Κ Ε Φ. α.

Περὶ μὲν Πυθαγόρου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου τῶν τε πυθαγορικῶν ἀνδρῶν τὰ σύμμετρα ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν· ἀρχώμεθα ¹⁾ δὲ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ τῆς αἰρέσεως ἀπὸ τῆς κοινῆς εἰς πᾶσαν παιδείαν καὶ μάθησιν ²⁾ καὶ ἀρετὴν παρασκευῆς, ἣτις οὐ κατὰ μέρος ἀπολαβοῦσα πρὸς ἕν τι τῶν πάντων παρασκευάζει τὸν ἄνθρωπον ἐπιτήδειον, ἀλλ', ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν, τὰς ἐν αὐτῷ προθυμίας ³⁾ προτρέπει εἰς πάντα μὲν τὰ μαθήματα, πάσας δὲ τὰς ἐπιστήμας, πάσας δὲ τὰς ἐν τῷ βίῳ καλὰς καὶ γενναίας πράξεις ⁴⁾, πάσας δὲ

*) Haec est libri inscriptio in codice Cizensi, quocum consentit editio Arcerii, nisi quod hic post verba εἰς φιλοσοφίαν addidit λόγος δεύτερος, quae verba, reliquae orationis structuram turbantia, hic quidem omit-tenda erant.

1) ἀρχώμεθα] Sic recte Arcerius. In Cod. Ciz. est ἀρχόμεθα, quod iam Reinesius in ipso codice correxit. Loci structura, a qua Arc. aberravit, haec est: ἀρχώμεθα δὲ τὸ λοιπὸν ἀπὸ τῆς κοινῆς — παρασκευῆς τῆς αἰρέσεως αὐτοῦ, i. e. Pythagorae.

2) καὶ μάθησιν] καί, quod non legitur in Arc. edit., e Cd. Cz. addidi.

IAMBlicHI CHALCIDENSIS, EX COELE-SYRIA,
PYTHAGORICORVM COMMENTARIORVM ADHOR-
TATIONES AD PHILOSOPHIAM CONTI-
NENTIVM

C A P. I.

De Pythagora vitaeque ad eius formulam componenda atque de Pythagoreis quum libro superiori satis explicuerimus: iam porro expediemus, quam illius viri schola ingrediatur viam in communi ad omnem institutionem, doctrinam et virtutem animi conformatione, quae quidem non parte quadam seiuncta ad vnum quoddam ex vniuersis hominem reddit idoneum, sed, vt simpliciter dicam, eius studia impellit ad omnes disciplinas, omnes doctrinas, omnes in vita pulcras et honestas actiones, omnes

3) προθυμίας] Hanc vnice veram lectionem, quam restituendam esse etiam Vulcanius vidit, Cdd. Cz. et Par. praebent. Editio Arc. habet προμυθίας. Quod quum nihili esse intelligeret Arc., coniecit in Castigationibus προμυθίας, atque hanc infelicem coniecturam expressit in interpretatione latina: *quicquid in illo est prudentiae.*

4) πράξεις] Sic recte Arc. et Cd. Cz. In Cd. Par. legitur ἐπιθυμίας, quod, quum antecesserit προθυμίας, locum non habet. Quae deinceps leguntur verba, πάσας δὲ παιδείας, quum ante commemorata sint μαθήματα et ἐπιστήμαι, ea, si auctoris nostri in scribendo diligentia esset maior, delenda censerem.

παιδείας, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα ὅσα μετέχει τοῦ καλοῦ. Οὔτε γὰρ ἄνευ τοῦ προτραπῆναι οἷόν τ' ἐστὶν ὁρμηῆσαι ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ γενναῖα ἐπιτηδεύματα, οὔτε οἷόν τε εὐθύς ἐπὶ τὸ ἀκρότατον καὶ τελειότατον ἀγαθὸν προευντρεπίζειν ⁵⁾ τινά, πρὶν ἐμποιῆσαι ὑποκατασκευὴν ⁶⁾ τῆς ψυχῆς διὰ τῆς προτροπῆς· ἀλλ' ὥσπερ ἡ ψυχὴ κατὰ βραχὺ ⁷⁾ πρόεισιν ἐπὶ τὰ μείζονα ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων, διὰ πάντων τε διέξεισι τῶν καλῶν, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τὰ τελειότατα ⁸⁾ ἀγαθὰ εὐρίσκει, οὕτω καὶ τὴν προτροπὴν ⁹⁾ δεῖ ὁδῶ προῖέναι ἀρχομένην ἀπὸ τῶν κοινῶν. εἰς γὰρ φιλοσοφίαν ἀπλῶς παρόρμησει ¹⁰⁾ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ φιλοσοφεῖν

5) προευντρεπίζειν] Hoc verbum cum Arc. tnetur Cd. Cz., idemque significat, quod παρασκευάζειν. Verbum προευντρεπίζειν, quod exhibet Cd. Par., Graeci ignorant.

6) ὑποκατασκευήν] Sic recte Cd. Cz. Quam lectionem probans Reinesius in edit. Arc., vbi locus ita expressus est: ὑπὸ * τὴν κατασκευήν, haec margini adscripsit: Subadornatio, substructio. Priusquam substructionem animi per hortationes effecerit. Nimirum hoc substantivum, quod aliis locis non occurrere videtur, vt ex nostri loci serie intelligitur, significat eum animi habitum per cohortationem effectum, quo tanquam fundamento reliquus eius cultus nitatur. Cicero in simili fere re de Leg. I. 22. dicit: quemadmodum homo subornatus a natura in vitam venit. Quem sensum Scaliger suae coniecturae τῦπῳ τὴν κατασκευήν subiectum voluerit, non assequor.

7) κατὰ βραχὺ] Sic malui scribere cum Arcerio, quam cum Cd. Cz. καταβραχὺ. Κατὰ βραχὺ diuisim scribitur etiam in his locis a Schaefero ad L. Bos. Ell. p. 103. allatis: Athen. T. I. p. 127. Xenoph. Ephes. p. 113. Certa tamen lex non videtur esse, ad quam quouis loco huiusmodi verborum scriptura dirigatur. Tum recte

artes, omnia denique, quae ei, quod pulcrum est, subiecta esse existimantur. Neque enim quispiam, nisi adhortatione excitatus fuerit, ad pulcra honestaque studia se applicare potest, neque ad summum statim et perfectissimum bonum quemquam excitare licet, antequam eius animum cohortatione subornaueris: sed quemadmodum animus pedetentim progreditur ad maiora a minoribus, omniaque pulcra percurrit, et postremo perfectissima bona consequitur, ita etiam cohortationem oportet via progredi, initio capto ab iis, quae communia habentur. Ea enim ad philosophiam simpliciter excitabit et ad ipsum philosophandi studium vni-

Cd. Cz. cum Arc. *πρόεισιν*, pro quo male in Cd. Par. legitur *πρόσεισιν*. idem vitiose paullo post *ἐπὶ τὰ τέλη*.

- 8) *τελειότατα*] Sic scripsi cum Arc. pro *τελεώτατα*, quam formam hic Cdd. Cz. et Par. exhibent, illamque scripturam constantiae causa vbiuis praetuli. Vtraque forma apud Platonem tot locis reperitur, vt iudicium hac in re prorsus incertum sit. Conf. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 70. Thom. Mag. dicit, *τέλεος*, *τελέως* esse *δοκιμώτερα ἢ μετὰ τοῦ ι*. Oudendorp. ibi vtramque formam vt Atticis vsitatam probat. In Maittario de dial. p. 130. ed. Sturz. *τέλεον*, *τελέην*, *τελεώτατος* assignantur dialecto Ionicae.
- 9) *τὴν προτροπήν*] Articulum *τὴν* recepi e Cd. Cz., qui hic non magis abesse potest, quam antea in *διὰ τῆς προτροπῆς*, spectaturque cohortatio vt certa quaedam et necessaria omnis ad philosophiam institutionis pars.
- 10) *παρορμήσει*] scil. *ἡ προτροπή*. Hanc vnice probandam lectionem exhibent Cdd. Cz. et Par., eandemque etiam Arc. in suo codice reperit: quam quum non intelligeret, loci sententia euersa, in textu scripsit *παρορμήσαι*.

συλλήβδην καθ' ἡντιναοῦν ἀγωγὴν μηδεμιᾶς τῶν αἰρέσεων ἀντικρυσ προκρινομένης, ἀλλὰ κοινῶς κατὰ γένος ἀπασῶν ἐπαινουμένων καὶ παρὰ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιτηδεύματα πρεσβευομένων κατὰ τινα κοινὸν καὶ δημῶδη ¹¹⁾ προτρεπτικὸν τρόπον. Μετὰ δὲ ταῦτα ¹²⁾ μέση τινὶ μεθόδῳ χρηστέον, οὔτε παντάπασι δημῶδει, οὔδὲ μὴν ¹³⁾ ἀντικρυσ πυθαγορικῇ, ἀλλ' οὔδὲ ἀπηλλαγμένη ὀλοσχερῶς ἐκατέρου τοῦ τρόπου τούτου, ἐν δὲ ταύτῃ ¹⁴⁾ κοινᾶς τε πάσης φιλοσοφίας τάξομεν παρορμήσεις, ὥστε κευθρίσθαι αὐτὰς πυθαγορικοῦ βουλήματος, κατὰ γε τοῦτο ¹⁵⁾ συμμίζομεν ἐγκαιρότατα καὶ τὰς τῶν ἀνδρῶν τούτων κυριωτάτας δόξας, εἰς ἃς προτρέπειν τῶν Πυθαγορικῶν, ὥστε οἰκειὸν γίνεσθαι τρόπον τῶν πυθαγορικῶν ἀνδρῶν ¹⁶⁾ κατὰ γε τοῦτον τὸν τρόπον τῶν λόγων, ἀφ' οὗ δὴ λεληθότως, ὡς τὸ εἰκός, ἀπὸ μὲν τῶν ἐξωτερικῶν ἐννοιῶν ἀποστησόμεθα,

11) δημῶδη] Hoc vocabulum, quod Arc. non habet, sententiae integritate postulante, e Cd. Cz. reuocauit.

12) Μετὰ δὲ ταῦτα] Haec verba in Arc. edit. et Cd. Cz. noui capitis initium faciunt: quam rationem propterea deserui, quia omnia, quae vsque ad verba ἀρξώμεθα δὲ τὸ λοιπὸν leguntur, praefationis loco habenda sunt atque declarant, quae huius cohortationis a sententiis apertis ad difficiliores intellectu et Pythagoreorum priuatas progredientis ratio sit futura.

13) οὔδὲ μὴν] Sic Arc. et Cd. Cz. At Cd. Par. οὔδὲν μὴν, perperam.

14) ἐν ταύτῃ] Idem quod κατὰ ταύτην. Tum πυθαγορικὸν βούλημα significat rationem instituendi Pythagoreorum propriam, sive Pythagoricam rationem.

verse ex cuiuscunque disciplinae formula, ita vt nulla aperte praeferatur, sed vniuerse omnes omnino probentur humanisque studiis anteponantur communi quadam et populari adhortandi ratione. Posthaec autem media quadam ratione vtendum est, quae neque omnino popularis sit, neque aperte pythagorica, sed nec disiuncta quidem prorsus ab alterutra ratione. Ex qua tum communes omnis philosophiae cohortationes proponemus, ita vt a pythagorica ratione sint seiunctae, tum ad hanc quidem conuenienter admiscebimus opportune etiam horum virorum praecipuas sententias, ad quas cohortari Pythagorici consueuerunt, ita vt cohortatio Pythagoricorum propria sit, hoc quidem disserendi temperamento adhibito, vt sensim, prout par est, ab exotericis sententiis discedamus et ad technicas huius

15) *κατά γε τοῦτο*] Haec est lectio Cod. Cz., eaque praeferenda lectioni Cd. Par. *κατά τε τοῦτο*. Arc. dedit *καί τε γε τοῦτω*, quod Scal. mutauit in *καί τε γε τοῦτων*. Sed mutatione non opus est: nam *τοῦτο* referendum est ad *πυθαγ. βούλημα*, et *καί* post *ἐγκαιρότατα* positum respicit *τε* in *κοινάς τε*, totiusque loci sententia huc redit: *in hac media ratione sequenda sic versabimur, vt tum omni philosophiae cohortationes communes, non petitas illas ex propria Pythagoreorum institutione, proponamus, tum Pythagoricam rationem pressius sequentes huius proprias sententias admisceamus. Quo fiet, vt nostra cohortatio et diuersa sit a Pythagorica ratione et non diuersa.* — Futur. *συμμιξομεν* pro *συμμιξομεν*, quod est in Arc., reuocant e Cd. Cz.

16) *ὥστε οἰκείον — ἀνδρῶν*] Haec verba, quae in edit. Arc. desunt, e Cd. Ciz. inserui, suntque ad sensus in-

μεταβησόμεθα δὲ καὶ οἰκειωσόμεθα ταῖς κατὰ τὴν αἵρεσιν τεχνολογουμέναις αποδείξεσιν, οἷον διὰ τινος γεφύρας ἢ κλίμακος κάταθεν εἰς ὕψος ἀνιόντες. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει τὰ ἴδια προτρεπτικὰ τῆς πυθαγορικῆς αἵρέσεως συντάξομεν ἀλλότρια καὶ ἀπόρρητα τρόπον τινὰ πρὸς τὰς ἄλλας ἀναγωγὰς ὑπάρχοντα.

Κ Ε Φ. β.

Ἀρξόμεθα δὲ τὸ λοιπὸν ἀπὸ τῶν ὡς πρὸς ἡμᾶς πρώτων ¹⁾. ἔστι δὲ τὰ ἐναργῆ ταῦτα ²⁾ καὶ φαινόμενα πᾶσι καὶ μηδέπω προειληφότα τὴν οὐσίαν τῆς ἀρετῆς, κατὰ δὲ τὰς κοινὰς ἐννοίας περὶ αὐτῆς ἀνεγείροντα ἡμῶν τὴν προθυμίαν κατὰ τινὰς γνωρίμους τοῖς πολλοῖς γνώμας ἀπεικαζόμενας πρὸς τὰ ἐναργῆ δείγματα τῶν ὄντων. ἔχουσι δὲ αὐταὶ ὡδὲ πως·

Ψυχῇ ³⁾ ζῶντας ἡμᾶς τῇ ταύτης ἀρετῇ ρητέον εὖ ζῆν, ὡς ὀφθαλμοῖς ὁρῶντας τῇ τούτων ἀρετῇ καλῶς ὁρᾶν.

tegritatem necessaria: nam sibi opponuntur hae enunciationes: ὥστε κερωρίσθαι — βουλήματος, et, ὥστε οἰκεῖον κ. τ. λ. Sed haec ultima sic legenda esse videntur: ὥστε οἰκεῖον γίνεσθαι τοῦτον τὸν τρόπον τῶν λόγων καὶ τῶν πυθαγορικῶν ἀνδρῶν, vel ita: ὥστε οἰκεῖον γίνεσθαι καὶ τῶν πυθαγορικῶν ἀνδρῶν τοῦτον τὸν τρόπον τῶν λόγων. In interpretatione latina lectionem vulgatam utcumque reddere studui. In proximis Cd. Cz. λελυθότως, vitiose: tum recte οἰκειωσόμεθα, pro quo in Arc. οἰκειοσόμεθα et in Cd. Par. οἰκισόμεθα legitur.

1) ἀπὸ τῶν ὡς π. ἢ. πρώτων] Τὰ ὡς πρὸς ἡμᾶς πρώτα sunt ea, quae prima sunt pro instituto nostro, quo ab apertis ad obscuriora progredi constituimus.

2) τὰ ἐναργῆ ταῦτα] Sic recte Arc. In Cd. Cz. τὰ ἐνεργῆ πάντα. Caeterum opponuntur sibi ἡ οὐσία τῆς ἀρετῆς

scholae demonstrationes transeamus easque pernoscamus, velut per pontem aut scalam ex profundo in altum adscendentes, et denique proprias sectae pythagoricae cohortationes proponamus, alienas illas et quodammodo abstrusas, si cum aliis institutionibus comparaueris.

CAP. II.

Iam ab iis incipiamus, quae pro instituto nostro prima sunt. Huc pertinent ea, quae sunt clara omnibusque perspicua, necdum virtutis vim atque naturam praecipiant, ex vulgari potius eius finitione studium nostrum excitant secundum sententias vulgo notas, expressas illas ad manifesta rerum signa. Quae sic fere habent:

Quum anima viuamus, eius nos virtute recte viuere dicendum est, quemadmodum oculis cernentes horum virtute bene cernimus.

(vis et ratio virtutis purioris) et αἱ κοιναὶ ἔννοιαι περὶ αὐτῆς (virtutis notiones vulgares et populares) locique sensus hic est: haec prima intelliguntur ea, quae sunt perspicua et cuius euidencia, quaeque diuiniore virtutis, ad quam Pythagoreorum praecepta peculiaria instituunt, notionem animo nondum informant. In iis, quae sequuntur, γινώμαι ἀπεικαζόμεναι πρὸς τὰ ἐναργῆ δειγμάτια τῶν ὄντων significant sententias ita verbis conceptas, vt comparisonem ad euidentes rerum notas factam contineant.

- 3) ψυχῆ] Sic legendum esse pro ψυχῆ, quod exstat in edit. Arc. et Cd. Cz., viderunt iam Arcerius et Vulcanius, idemque confirmat Stobaeus, qui λογ. ἁ. περὶ

Οὔτε χρυσοῦ νομιστέον ἰὸν οὔτε ἀρετῆς αἰσχος ἀπεισθαι.

Καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὀρμητέον, ὅπως πρὸς μηδεμίαν ἀγεννῆ ψυχῆς 4) ὑβριν ὤμεν ἔκδοτοι.

Περὶ κοινωνίας βίου καὶ παραμονῆς 5).

Ἀρετῇ μὲν θαρσνητέον ὡς σώφροσι γαμετῇ, τύχη δ' ὡς ἀστάτῳ πιστευτέον ἐταίρα 6).

Κρεῖττον μετὰ πενίας ἀρετὴν ὑποληπτέον, ἢ πλοῦτον μετὰ κακίας 7). ὀλιγοσιτία μετὰ ὑγιείας, ἢ πολυφαγίαν μετὰ νόσου.

Βλαβερά 8) μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς.

ἀρετῆς p. 14. Schow. hunc locum citat, omniaque respondent, nisi quod, omissis verbis οὔτε χρυσοῦ — ἀπεισθαι, post τέμενος praepositionem εἰς repetit, pro πρὸς legit εἰς, et pro ψυχῆς, τύχης. Vulcanius explanationis causa in Iamblichō addidit: „Oculi videre, virtus oculi bene videre: animae viuere, virtus animae bene viuere. Atque haec eo tendunt, vt, qui τὸ εὖ ζῆν appetit, in quo beatitas est, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν excolat.“ Vocabulum ψυχὴ in Cd. Cz. rubro colore pictum est, quo primae sententiae initium distinguitur. In sequentibus sententiis inde a verbis ἀρετῇ μὲν prima quaeque litera primorum vocabulorum rubro colore scripta est.

4) ψυχῆς] Ne quis e Stobaeo τύχης, quod cum ψυχῆ saepe commutatur, vt docuit Schaefer in Mel. crit. p: 117. sqq., reponendum esse censeat, impediunt verba ἀγεννῆ et ἔκδοτοι. nam neque illiberale fortunae ludibrium recte dicitur, neque huic ludibrio dediti, sed expositi dici possumus.

5) Περὶ κοινωνίας βίου καὶ παραμονῆς] Haec verba Arcerium sine causa torserunt propterea quod ea cum supe-

Neque auro existimandum est adhaerescere robiginem, neque virtuti turpitudinem,

Sicut in asylum ad virtutem est contendendum, ne ad ullam illiberalem animi insolentiam simus proiecti.

De vitae communione et constantia.

Virtuti est confidendum, vt castae coniugi, fortunae credendum, vt mutabili meretrici.

Praestantior cum paupertate virtus est habenda, quam diuitiae cum improbitate:

victus frugalitas cum bona valetudine, quam ciborum abundantia cum morbo.

Infestissima corpori alimentorum copia, et bonorum homini improbo animo.

rioribus coniunxit. Quod perperam fecit. In Cd. Cz. recte a reliquis disiunguntur, suntque loco inscriptionis habenda, qua indicatur, proximas sententias ad vitae societatem et constantiam pertinere: nam παραμονή, pro quo minime cum Arc. υπομονή vel περιμονή substituendum est, hoc quidem loco significat eam constantiam, qua virtutem etiam cum incommodo tenemus.

6) ἐταίρα] In Cd. Cz. vitiose scriptum erat ἑτέρω, quod iam Reinesius in ἐταίρα ex Arcerio mutauit.

7) κρείττον - κακίας] Non intellexit Arc. hunc locum vertens: *praestabilius est, virtutem suscipere cum paupertate, quam diuitias cum violentia.* Immo ad κρείττον intelligendum est τί. Tum pro βίας, quod Arc. dedit, e Cdd. Cz. et Par. recepi κακίας, quod propter oppositionem verbi ἀρετῆς vel sine illa auctoritate reponendum erat. Post κακίας, quamquam noua sententia sequitur, quum constructio continuetur, non plene interpunxi.

8) βλαβερά κ. τ. λ.] Sic recte hic locus legitur in Cd. Cz. In Par. est τῷ σώματι τὸ σῶμα, et deinceps: τὰ τὴν ψυχὴν

Καὶ, ἐπισφαλὲς ⁹⁾ καὶ ὅμοιον μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν καὶ μοχθηρῶ δύναμιν.

Καθάπερ τῷ ἐμπύῳ ¹⁰⁾ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, καὶ τῷ μοχθηρῶ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν.

Τῶν κατὰ σοφίαν ¹¹⁾ θεωρημάτων ἀπολαυστέον, ἐφ' ὅσον οἶόν τε ¹²⁾, καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος· ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ καὶ τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον ¹³⁾ δύναται τε ποιεῖν, καὶ εἰ μὴ αἰδίους, αἰδίων γε ἐπιστήμονας.

μη διακειμένῳ. Vnde coniciias, in eodem codice, ut in Arcerii edit., exstare καλῶς pro κακῶς. In hac enim omnis locus sic habet: βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι. κτήσεως δὲ ταύτην ψυχὴν διακειμένῳ καλῶς. Sed veram totius loci praeter extremam partem rationem perspexit iam Vulcanius dicens: „Legendum puto: βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία σώματι, κτήσεως δὲ (nimirum ἀφθονία) τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς καὶ ἐπισφαλές. Noxia imprimis ac periculosa est corpori quidem redundantia ciborum: animo vero non recte constituto diuitiarum. Nisi illud ἐπισφαλές conseq. connectere placeat, quod tamen citra mutationem aliquam vix fieri potest.“ Caeterum e Cd. Par. loci lectio etiam sic constitui potest: βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ τὸ σώμα, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψ. κ. τ. λ.

9) Καὶ, ἐπισφαλὲς κ. τ. λ.] Locus sanus est, ut qui maxime, neque opus Arcerii coniectura: καὶ ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ, quemadmodum hic locus legitur in Stob. λόγ. μα. ed. Venet. Prius καὶ transitum facit, ut paulo inferius: καὶ τὸν θεὸν σεβόμεθα. Tum ὅμοιον — καὶ ex notissimo Graecorum more dictum est. cf. Duk. ad Thuc. VII, 71. p. 288.

10) ἐμπύῳ] Apud Stob. λόγ. μδ. hic locus ita habet: καθάπερ τῷ ὑποπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν,

Aeque periculosum est furibundo gladium dare, atque improbo potentiam.

Quemadmodum suppurato vtilius est, vlcus vri, quam pus relinqui, ita improbo, mortuum esse, quam viuere.

Sapientiae praeceptis fruendum est, quantum licet, vt ambrosia et nectare. Nam et sincera est eorum dulcedo et diuinam naturam, animum magnum efficere possunt, atque si non aeternos, at rerum aeternarum peritos.

οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ κ. τ. λ. De utroque verbo v. Steph. thes. gr. ling. tom. 3. p. 609.

11) σοφίαν] Ita Cd. Cz. pro φιλοσοφίαν, quod in Arc. edit. exstat. Illud hoc loco praetuli vt huic praeuia ad philosophiam cohortationi conuenientius, quum τὰ κατὰ φιλοσοφίαν θεωρήματα potius propria pythagoricae philosophiae decreta significant.

12) οἶόν τε] Ita bene Cdd. Cz. et Par., vt Hemst. ad Lucian. T. I. p. 212. n. 82. Arc. οἶον.

13) τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον] Posterius vocabulum declarat, quale diuinum illud sit, quod sapientiae praecepta efficiant. Etiam in Vita Pyth. p. 58. ed. Kust. τὸ θεῖον appellatur coelestis animi particula. Tum scripsi αἰδίων γε pro αἰδίων τε, quod aequae, vt Arcerius, Cd. Cz. habet. Γέ necessarium est ob praegressum εἰ μὴ, atque γέ et τέ saepissime inter se sunt commutata. cf. Gregor. Cor. p. 710. Demosth. de cor. Vol. I. p. 317. ed. Reisk. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας. Iambl. Vit. Pyth. p. 186. εἰ δὲ μὴ, ἔκ γε τῆς πατριῆς. Pro γέ etiam ἀλλ' οὖν usurpatur, vt Iambl. Vit. Pyth. §. 21. p. 16. εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ἀλλ' οὖν ἐπινοία καὶ μεθόδοι παρατηρήσας κ. τ. λ. Nam sic hic locus, quem male administravit Kuster., interpungendus est.

Εἰ εὐκτόν ¹⁴⁾ ἢ εὐαισθησία, μᾶλλον σπουδαστόν ἢ φρόνησις· ἔστι γὰρ τοῦ ἐν ἡμῖν πρακτικοῦ νοῦ οἰονεῖ τις εὐαισθησία. δι' ἣν μὲν γὰρ, ἐν οἷς πάσχομεν, οὐ παραισθανόμεθα, δι' ἣν δὲ, ἐν οἷς πράττομεν, οὐ παραλογιζόμεθα.

Καὶ, τὸν θεὸν σεβόμεθα κατὰ τρόπον ¹⁵⁾, εἰ τὸν ἐν ἡμῖν νοῦν παρασκευάσαιμεν πάσης κακίας ὥσπερ τινὸς κηλίδος καθαρὸν.

Κοσμητέον ἱερὸν μὲν ἀναθήμασι, τὴν δὲ ψυχὴν μαθήμασιν.

Ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων τὰ μικρὰ παραδοτέον, καὶ πρὸ φιλοσοφίας παιδείαν.

Ὁ μὲν τῆς γῆς καρπὸς δι' ἐνιαυτοῦ, καθ' ἕναστος δὲ ὥρας μόριον ὁ τῆς φιλοσοφίας ¹⁶⁾ ἀποδίδεται.

Καθάπερ χώρας μάλιστα ἐπιμελητέον τῷ τῆς ἀρίστης ἐπιτυχόντι ¹⁷⁾, καὶ ψυχῆς, ὅπως τῆς φύσεως ἄξιον ἐνέγκηται τὸν καρπὸν.

Τοιαῦτα ἂν τις ἀπὸ τῶν ἐναργῶν γνωμικῶν ὁμοιώματα παρατιθέμενος κοινῶς ἂν εἰς φιλοσοφίαν προτρέψειεν.

14) εὐκτόν] Sic recte Ciz. et Par. pro ἐκτόν, quod in Arc. edit. legitur. Illud reponendum esse, iam Vulcan. vidit, qui locum recte sic interpretatur: Si vigor sensuum dignus, quem votis omnibus rogemus optemusque, magis in comparanda virtute laborandum. Quod hic Iamblichus dixit σπουδαστόν, idem significat σπουδαῖον duobus locis in Vit. Pyth. p. 52. cf. Steph. thes. gr. ling. tom. 3. p. 948. Verbum παραισθάνεσθαι legitur in Plat. Theæt. §. 39. p. 336. edit. Heindorf. ὅσα τε παραισθάνειν ἢ παροργᾶν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται.

Si optabilis est sensuum integritas, magis quaerenda prudentia. Est enim quasi integritas quaedam mentis ad agendum applicatae. Nam illa efficit, ne in iis, quae nos afficiunt, sensu fallamur, haec, ne in iis, quae agimus, falsis rationibus decipiamur.

Deum rite colimus, si animum nostrum ab omni improbitate tanquam macula purum reddimus.

Ornandum est templum donariis, animus doctrinis.

Vt ante magna mysteria parua sunt tradenda, ita ante philosophiam institutio.

Terrae fructus quotannis redditur, quovis autem temporis momento fructus philosophiae.

Quemadmodum ab eo maxima cura in agrum est impendenda, qui optimum nactus est, ita etiam in animum, quo dignos natura fructus ferat.

Si quis huiusmodi similitudines sententiosas a rebus apertis sumtas proposuerit, is communi ratione ad philosophiam excitauerit.

15) κατὰ τρόπον] recta ratione, eo quo decet modo: quod etiam πρὸς τρόπον dicitur. Illud legitur etiam in Vit. Pyth. p. 154. ἐπιτελεῖσθαι κατὰ τρόπον.

16) τῆς φιλοσοφίας] Quum praecedat τῆς γῆς, addidit etiam hic articulum, qui vulgo abest.

17) ἐπιτυχόντι] Animus non cum quovis agro, sed cum optimo comparatur. Quo maior igitur in eo colendo cura adhibetur, eo praestantiores et natura dignos fructus proferet. Pro ἐνέγκηται, quod cum Arc. etiam Cic. tuetur, scribendum videtur ἐνέγκη καὶ. Denique Cic. VI supra ἐνεργῶν pro ἐναργῶν.

Κ Ε Φ. γ.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τύπος ¹⁾ γνώμαις χρώ-
μενος καὶ αὐτός, οὐκέτι δὲ διὰ παραβολῆς
ἀντιπαρατιθεὶς τὰς ὁμοιώσεις, ἕμμετρος καὶ
ἑναρμόνιος, γνήσιος τῶν ἀνδρῶν τούτων, ὃν
ἔχομεν παρειληφότες ²⁾ ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν
τοῖς ³⁾ χρυσοῖς ἔπεσιν, ὧν ὀλίγα ἄττα δείγματα
παραθετέον τὰ τοιαῦτα·

Ταῦτα πόνει ⁴⁾, ταῦτ' ἐμμελέτα, τούτων χρῆ ἔρῃν σε·

Ταῦτά σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἔγνια θῆσει.

Διὰ γὰρ τούτων εἰς πάντα τὰ καλὰ μα-
θήματά τε καὶ ἐπιτηδεύματα προτρέπει, μήτε
πόνων φειδεσθαι οἰόμενας δεῖν, μήτε μελέτην
ὑφίεσθαι ⁵⁾ μηδεμίαν, εἰς ἔρωτά τε καὶ προθυ-
μίαν τῶν καλῶν διεγείρων, καὶ πάντα ταῦτα
ἀνάγων εἰς τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν οὐχ
ἀπλῶς τῆς τυχεύσεως, ἀλλ' ἥτις ἡμᾶς ἀφίστησι
μὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἐπὶ δὲ τὴν θείαν

1) τύπος] Sic recte scripsit Arc. pro τόπος, quod in suo libro repererat, illudque confirmatur Cod. Ciz. De commutatione horum vocabulorum cf. Gregor. Cor. p. 9. sq. Ne quis vero opinetur, potius legendum esse τρόπος, impediunt alia Iamblichi loca, ut in Vit. Pyth. c. 22. in it. p. 84. παραδίδοται δὲ καὶ ἄλλος τρόπος παιδείσεως διὰ τῶν πυθαγορικῶν ἀποφάσεων· et ibid. p. 86. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τύπος ἦν τῆς διὰ τῶν ἀποφάσεων — ἐπανορθώσεως· quae ostendunt, utrumque vocabulum promiscue usurpari.

2) παρειληφότες] Ita Cod. Ciz. Quod in edit. Arc. legitur παρειληφότας, est sphalma typographicum, quorum insignis in hoc libro est numerus.

3) ἐν τοῖς] Ita scripsi cum Arc. In Cod. Ciz. est αὐτοῖς: quod quum facile cum ἐν τοῖς confundi potuerit, hic quidem locum habere non potest, nisi legere malis αὐτοῖς τοῖς. Quae lectio non improbabilis videtur, si

CAP. III.

Est vero etiam alia forma, et ipsa sententiis utens, nequaquam autem per comparisonem similia sibi opponens, metro numericisque alligata, horum virorum propria, quam traditam habemus et in aliis et in ipsis aureis carminibus, ex quibus haec pauca specimina proponam:

Haec agito, haec meditare, isthaec et amare labora.
Namque haec virtutis diae in vestigia ponent.

His enim ad omnes pulcras disciplinas et studia cohortatur, neque laboribus parcendum esse existimans, neque curam ullam remittendam. Item ad amorem et appetitionem eorum, quae pulcra sunt, excitat et haec omnia reuocat ad institutionem virtutis, non simpliciter cuiusuis, sed eius, quae nos ut ab humana natura remoueat, ita ad di-

cogites, quam saepe in manu exaratis libris consimiles syllabae semel tantum scriptae fuerint (cf. Schaeff. Mel. crit. p. 72.), atque Iamblichum non fere iterare praepositionem. — In proximis pro *ἄττα*, quod habet Cod. Ciz., cum Arc. *ἄττα* scripsi, secutus ea, quae Hermann. ad Viger. p. 711. praecepit.

4) *ταῦτα πόνει*] In Cdd. Ciz. et Par. legitur *ταῦτ' ἐκπόνει*. Tum Cd. Ciz. *θειάς* pro *θειῆς*, quod Arc. habet.

5) *μελέτην ὑφιέναι*] *curam remittere*: notanda haec huius verbi structura, quum alias cum genitio coniungi solet; nam locus Xenoph. Anab. III, 5, 4. illuc referri non potest. Phaurinus tamen haec habet: *ὑφιᾶσι τὸ ἀποβάλλουσι, αἰτιατικῇ συντάσσεται, ὡς Σοφοκλῆς, ὑφείς μάγον τοῖόν τε*. Neque tamen accusatiuum mutare ausus sum contra Cdd. auctoritatem. In proximis *καλῶν* in Cod. Ciz. librarii incuria excidit.

οὐσίαν καὶ τὴν γνῶσιν τῆς θείας ἀρετῆς καὶ τὴν κτῆσιν αὐτῆς περιώγει.

Ἀλλὰ μὴν εἰς γε τὴν θεωρητικὴν σοφίαν ⁶⁾ διὰ τούτων παρακαλεῖ.

τούτων δὲ κρατήσας

Γνώσασαι ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν ἢ ἀνθρώπων

Σύστασιν, ἢ τε ⁷⁾ ἕκαστα διέρχεται, ἢ τε κρατεῖται.

Γνώση δ' ἢ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,

Ὡστε σε μήτε ἀέλπιδ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.

Τούτων γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλα θαυμασιώ-
τερα τοῖς εὖ πεφυκόσι εἰς τὸ παρορμᾶσθαι
γενναίως εἰς τὴν θεωρητικὴν φιλοσοφίαν. ἢ
μὲν γὰρ γνῶσις τῶν θεῶν ⁸⁾ ἀρετὴ ^ε ἐστὶ καὶ
σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία, ποιεῖ τε ἡμᾶς τοῖς
θεοῖς ὁμοίους· ἢ δὲ τῶν ἀνθρώπων ⁹⁾ ἐπιστήμη
τάς τε ἀνθρωπίνας ἀρετάς παρέχει καὶ τῶν
ἡμετέρων πραγμάτων ἐμπείρους ποιεῖ, τὰ τε
ἀπὸ τούτων ὠφέλιμα καὶ βλαβερὰ διακρίνει,
καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τὰ δὲ περιποιεῖ. καὶ
ὅλως τὴν σύστασιν, ἣτις ἐστὶ τῆς ἀνθρωπίνης
ζωῆς, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ καταμανθάνει. τὸ δὲ
θαυμασιώτερον ἐκεῖνο διδάσκεται ἀπὸ τῆς

6) εἰς γε τὴν θεωρητικὴν σοφίαν] Pythagorei appellabant σοφίαν τελικὴν, i. e. quae perficit, euehit et reportat sursum, ut explicat Scheffer de philos. italica, p. 78.

7) ἢ τε — ἢ τε] Ita edit. Arc. et Ciz., sed Par. ἦτε — ἦτε. Tum Ciz. ἀέλπιδα, idemque paullo post ἀλλὰ vitiose pro ἄλλα.

8) τῶν θεῶν] Sic recte Arc. cum Cod. Ciz., in quo Reines. perpetuam τῶν θεῶν superscripsit. Idem Cod. deinde recte ἀνθρώπων, pro quo Arc. ἀνθρωπίνων, male; nam Iambl. repetit verba carminis Pythagorici, quae suo more explicat dicens, deorum cognitionem inesse in perfecta virtute, sapientia et felicitate, hominum scientiam efficere humanas, i. e. inferiores virtutes:

vinam naturam et ad cognoscendam comparandamque diuinam virtutem perducatur.

Porro ad sapientiam, quae in contemplatione est, his verbis excitat:

Haec animo praecepta fideli
 Si fors mandaris, diis qui immortalibus ordo,
 Noueris, et nostrum genus, et genus aetheris alti,
 Quo sese teneant nexu, et qua lege ligentur.
 Nec te, quantum homini fas est cognosce, latebit,
 Vnam tum varias rerum peruadere formas
 Naturam, retinet faciem quae semper eandem,
 Et sperare vetat te, quod sperabile non est.

Haec enim tam admirabili vi, quam aliud nihil, homines ingenua indole praeditos excitant, vt magno studio ad philosophiam contemplatiuam incumbant. Deorum enim cognitio virtus est et sapientia et felicitas perfecta, efficitque nos diis similes: hominum vero scientia et humanas virtutes suppeditat et nostrarum nos rerum reddit peritos, quaeque ex his oriantur vtilia et noxia, discernit, atque haec cauet, illa parat, omninoque addiscit, quomodo humana vita verbis factisque sit constituenda. Praestantius etiam illud est, quod huiusmodi scientia docemur,

cf. Tennemann. Gesch. d. Phil. Vol. 6. p. 160. sqq. Aberrauit ab huius loci sententia Scheff. p. 51. qui eum sic scripsit et distinxit: ἡ γνώσις τῶν θεῶν ἀρετὴ τε, ἐστὶ καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία, ποιεῖ τε ἡμᾶς τοῖς θεοῖς ὁμοίους: „notitia rerum diuinarum et virtus, sapientia est et vltima felicitas, efficitque vt homines diis similes euadant.“ Poterat Schefferum vel hic Platon. locus in Theaet. §. 85. p. 401. ed. Heindorf. in recto tramite retinere: ἡ τοῦτου, sc. θεοῦ, γνώσις σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή.

9) ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων] Cod. Par. τὴ δὲ τῶν ἀνθρώπων.

τοιαύτης ¹⁰⁾ εἰδήσεως, κατὰ τί διέρχεται ἀλύ-
πως ¹¹⁾ καὶ ἀκωλύτως ἕκαστα τῶν ἐν ἡμῖν,
ὅσα ἐστὶ τῆς κρείττονος μοίρας, καὶ κατὰ τί
κρατεῖται καὶ κωλύεται, ὥστε μὴ δύνασθαι
ῥαδίως ἐξιέναι καὶ τῶν δεσμῶν ἀπολύεσθαι.
Ἡ δὲ μετὰ ταύτην γνώμη εἰς φυσιολογίαν ¹²⁾
ποιεῖται τὴν παρὰ κλησιν καὶ πᾶσαν τὴν περὶ
τὸν οὐρανὸν θεωρίαν. ἢ γὰρ τούτου φύσις
αἰεὶ ἐστὶν ὁμοία κατὰ τὴν αὐτὴν περιφορὰν
ὡσαύτως περιοῦσα ¹³⁾, ἢν ἐάν τις καταμάσῃ ¹⁴⁾,
οὔτ' ἂν ἀπροσδόκητὰ ποτε προσδοκῆσειεν, οὔτ'
ἂν ἀγνοήσειέ τι ¹⁵⁾ τῶν κατ' ἀνάγκην αὐτῶ
μελλόντων συμβαίνειν.

Αἱ δὲ ἐπὶ τούτοις γινῶμαι ἀπὸ τῆς προαιρε-
τικῆς ἐν ἡμῖν ζωῆς ποιοῦνται τὴν παρὰ κλησιν,
οἶον·

Γνώση δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πῆματ' ἔχοντας
Τλήμονας ¹⁶⁾.

10) ἀπὸ τῆς τοιαύτης] Τῆς, quod abest ab Arc. edit.,
recepti e Cd. Ciz.

11) ἀλύπως] Sic recte Arc., pro quo Cdd. Ciz. et Par.
exhibent ἀλύτως, vitiose.

12) φυσιολογίαν] Hanc veram lectionem pro φιλολογίαν,
quod Arc. habet, confirmant Cdd. Ciz. et Par. Coele-
stium enim rerum contemplatio ad φυσιολογίαν, non ad
φιλολογίαν pertinet.

13) περιοῦσα] Sic scripsi cum Arcerio, nec repugnat
Cd. Par., in quo est περιοῦσα. At Cd. Ciz. habet
περιοῦσαν, quod ducit ad περιοῦσαν, coniungendum cum
περιφορὰν. Necdum tamen locus sanus est, qui sic
videtur legendus esse: ὁμοία καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν περι-
φορὰν ὡσαύτως περιοῦσα. De καὶ eliso per sequens
κατὰ v. Bast. in Greg. Cor. p. 766. Si καὶ non inse-
ritur, legere malim περιοῦσαν. Ita Plato Theaet.
p. 320. ed. Heind. εἰς μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ἢ κινουμένη.

quoad singula eorum, quae in nobis melioris sunt particulae, absque molestia et difficultate eleuentur, et quoad contineantur et impediuntur, quominus facile possint egredi vinculisque solui. Quae sequitur sententia, adhortatur ad naturae cognitionem omnemque coeli contemplationem. Coeli enim natura semper sibi similis est et in eundem orbem constanter circumagitur. Quam si quis cognouerit, neque non expectanda vnquam expectauerit, neque quicquam eorum, quae per necessitatem sibi sint euentura, ignorauerit.

Proximae sententiae a vita sponte a nobis electa adhortationem petunt, vt:

Nosces, mortales sibi solos esse malorum
Auctores miseros.

14) κατάμαθῆ] Sic recte Arc. In Cdd. Ciz. et Par. καταμάθοι. Tum ex eodem Arc. scripsi οὐτ' ἂν ἀπροςδ. pro οὐ τὰ, quod habet Cd. Ciz.

15) ἀγνοήσῃς τι] Hanc lectionem vnice probandam praebet Cd. Ciz., eandemque in suo Cod. reperit Arc., nisi quod in hoc ἀγνοήσῃς ἔτι, quemadmodum etiam in Cod. Par., exaratum fuit: quo quid faciendum esset, ignorans ille criticus, adeo in contextu dedit ἀγνοήσῃς ἔτι, id quod noua eum fraude implicuit, vt etiam συμβαίνειν mutandum esse censeret. Reinesius Cd. Ciz. lectionem mutauit in ἀγνοήσῃς ἔτι. Inest in hoc loco explicatio illius versus: ὥστε σε μήτε ἄελπε' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.

16) τλήμονας]. Ita recte Cd. Ciz. At Arc. τλήμονες: quae lectio quum in carm. Pythag., vbi vocat. τλήμονες ad sequentia pertinet, vera sit, id secus est in Iamblichio hoc vocabulum cum praegressis connectente.

Εἰ γὰρ ¹⁷⁾ ἀρχαὶ τῶν πράξεων εἰδὶν οἱ ἄνθρωποι καὶ δύνανται ἔχουσιν ἐξ αὐτῶν οἰκείαν εἰς αἴρεσιν τῶν ἀγαθῶν καὶ φυγὴν τῶν κακῶν· ὁ μὴ χρώμενος ταύτῃ τῇ δυνάμει, τῶν δοθέντων ἐκ φύσεως αὐτῷ πλεονεκτημάτων ἐστὶν ἀνάξιος. οὐδὲν οὖν ἄλλο λέγει ἢ τοῦτο, ὅτι ἡμεῖς τὸν δαίμονα αἰρούμεθα, καὶ ὅτι αὐτοὶ ἑαυτοῖς ¹⁸⁾ ἐσμὲν ἐν τύχης τάξει καὶ δαίμονος, καὶ ὅτι εὐδαίμονας αὐτοῖς ἑαυτοὺς παρασκευάζομεν. ὁ πρὸς μόνον τὸ καλὸν καὶ τούτου τιμὴν δι' ἑαυτὸ αἰρετήν ¹⁹⁾ ἐπιδείκνυσι.

Παραπλήσια δὲ τούτῳ ²⁰⁾ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν·

οἱ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων ²¹⁾ οὐτ' ἐσοφῶσιν,

οὔτε κλύουσι· λύσει δὲ κακῶν παῦροι συνιᾶσιν.

Τὸ γὰρ ἐγγὺς εἶναι τὰ ἀγαθὰ ²²⁾ καὶ συμπεφυκέναι ἡμῶν τῇ ψυχῇ, πάντων δὲ ὑπάρχειν οἰκειότατα ἡμῖν, θαυμαστῶς ἐστὶ προτρεπτικά· καὶ τὸ μῆτε ὄρᾶν μῆτε ἀκούειν, ὑπὸ δὲ τῆς αἰσθησεως ἐπισκοτεῖσθαι, δαιμονίως

17) εἰ γὰρ] Ita recte Cdd. Ciz. et Par., nec dissensit Cd. Arc. Idem tamen expeditum loci sensum non assecutus pessime scripsit αἰ γὰρ. Tum in verbis ὁ μὴ χρώμενος, quae apodosin enuntiationis conditionalis faciunt, apud Arcer. ὁ μὴν pro ὁ μὴ legitur.

18) αὐτοὶ ἑαυτοῖς] Recte Arc. et Cd. Par. In Ciz. ἑαυτοῖς omissum est. Tum idem male αὐτοὺς ἑαυτοῖς, vbi recte Arc. αὐτοὶ ἑαυτοῖς. Quemadmodum hic ἑαυτοῦ de prima persona, ita etiam in Vita Pyth. p. 2. §. 2. ἐπιτρέψαντες αὐτοῖς ἑαυτοῖς· et c. 28. §. 154. p. 112. ἐπιδείξωμεν ἑαυτοῖς.

19) αἰρετήν] Sic legendum esse pro ἀρετήν, quod in edit. Arc. et Cd. Ciz. exstat, iam Arcerius et Scaliger viderunt. Ἀ' ἑαυτὸ autem, quod sequitur, negligenter

Nam si actionum principia in ipsis hominibus insunt, hique facultatem sibi insitam habent, bona eligendi, mala fugiendi: quicumque hac facultate non utitur, datus sibi a natura commoditatibus indignus est. Nihil aliud igitur dicit, quam hoc, nos nobis eligere sortem, ipsosque nobis nos esse loco fortunae et genii, et nos ipsos nos reddere felices. quod spectat id, quod solum est pulcrum huiusque dignitatem per se ipsam expetendam.

Similia his sunt etiam illa:

qui nec bona tam praesentia cernunt,

Et quae conflant, pauci mala soluere norunt.

Quod enim propinqua sunt bona et cum animo nostro nata, omniumque maxime nobis propria, id insignem ad cohortandum habet vim, et quod neque cernunt homines neque audiunt, immo sensibus occoecantur, hoc eximie ad intellectualem vitam excitat,

53) *ἰκανὸς ἦ*] Scripsi *ἦ* pro *ἦν*, quod exstat in edit. Arc. et Cd. Ciz., nam refertur ad *ἕως ἄν*. Tum *τε ἑαυτῶν* e Cd. Ciz. pro *τῶ ἑαυτῶν*, quod Arc. dedit.

τοιαύτην ἐπιστήμην τοῦ γε ἐνός τὸν ὄντως θεωρητικὸν ⁵⁴⁾, ὅπερ τέλος ἐστὶ πάσης θεωρίας. Καὶ τούτου ⁵⁵⁾ δ' ἔτι κυριώτερον ἀγαθὸν ἐπήγαγε, τὸ ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς ἐντεῦθεν δύνασθαι τὸν θεὸν καθορᾶν καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ συστοιχειώσει τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ πάσης ἀληθείας καὶ εὐδαιμονίας, οὐσίας τε καὶ αἰτίας καὶ τῶν ἀρχῶν ὁ θεὸς ἐξηγεῖται, σπουδαστέον ἐν τούτῳ ⁵⁶⁾ μάλιστα, ἐκείνην τὴν ἐπιστήμην κτήσασθαι, δι' ἧς ἀτενίσει ⁵⁷⁾ τις αὐτὸν καθαρὸν καὶ δι' ἧς πλατεῖαν εὐρήσει τὴν πρὸς αὐτὸν πορείαν καὶ δι' ἧς τὰ τέλη ταῖς ἀρχαῖς συνάψει. τελειοτάτη γὰρ ἡ τοιαύτη ζωὴ καὶ εὐδαιμονία, οὐκέτι διακριμένως τὰ τελευταῖα ἀπὸ τῶν πρώτων διακρίνουσα, ἀλλ' εἰς ἓν τὰ συναμφότερα ταῦτα ⁵⁸⁾ συλλαβοῦσα, ἀρχάς τε καὶ τέλος καὶ μέσον ὁμοῦ συνέχουσα. τοιαύτη γὰρ ἐστὶ ἡ θεία αἰτία, ἧς δεῖ ἀντέχεσθαι τοὺς μέλλοντας εὐδαιμονήσειν. Οὕτω μὲν

54) τὸν ὄντως θεωρητικὸν] Sic locum constitui partim ex Arcerio, qui legit τὸν θεωρητικὸν, omisso vocabulo ὄντως, partim e Cd. Ciz., qui praebuit ὄντως, suntque οἱ ὄντως θεωρητικοὶ iidem, qui a Porphyrio θεωρητικοὶ τέλειοι vocantur. Cf. Scheffer. l. l. p. 104.

55) Καὶ τούτου] E Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. legitur καὶ τούτου, unde Scaliger coniecit καὶ τούτου male; nam τούτου pertinet ad τέλος πάσης θεωρίας, locique sensus est: addidit illo vniuersae contemplationis fine etiam praestantius bonum. — Tum ἐπήγαγε, τὸ recte legitur in Arc. edit. consentiente Cd. Cic. In Par. pro τὸ ἐστὶ δέ. Porro pro συστοιχειώσει, quam formam dat Cd. Ciz., Arcerius συστοιχίᾳ habet.

56) ἐν τούτῳ] Vt c. 1. ἐν ταύτῃ, id quod κατὰ ταῦτο, dem zu Folge.

scientiam eius, quod vnum est, omnes, qui vere in contemplatione versantur, idque summum est omnis contemplationis. Adiecit autem etiam praestantius illo bonum, quod tanquam ex specula illinc deum et quaecumque ad certas leges a deo disposita sunt, intueri possimus. Si enim omnis veritatis, felicitatis, essentiae, causae, omniumque principiorum deus auctor est, summum hacpropter studium in ea scientia comparanda ponendum est, qua quis instructus et purum eum intueatur, et in latam ad eum ferentem viam deducatur, extremaque principiis connectat. Perfectissima enim haec est vita et felicitas, quae non amplius extrema a primis seiungendo discernat, sed in vnum haec vtraque colligat, atque principia, finem et medium simul contineat. Hoc enim cadit in illam cogitandi rationem, quae rerum causas ad deum refert, qua potiri oportet, quicumque ad felicitatem peruenire cupiunt. Atque sic quidem adhortatio, per-

- 57) ἀτενίσει] Sic recte Cd. Ciz., at Par. ἀτενίσῃ, et edit. Arc. ἀτενίσει. Tum pro εὐρήσει, quod in Cd. Ciz. legitur, in Arc. edit. est εὐρέσει, et in Par. πλατεῖ ἀνευρήσει.
- 58) ταῦτα] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Par. ταύτη. Paulo post pro τοιαύτη, quod in Cd. Ciz. recte legitur, in Arc. edit. τοιαύτα. — Tum αἰτία θεία (göttliche Causalität) in hoc inest, quod nobis persuademus, deum omnium rerum esse simul principium, medium et finem. Porro pro εὐδαιμονήσειν, quod recte in edit. Arc. legitur, Cd. Ciz. male dat εὐδαιμονίσειν.

οὖν ἡ προτροπὴ διὰ πάντων ἐξεληθοῦσα τῶν τε ἐν ἡμῖν καὶ τῶν ἐν τῇ φύσει, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ πάντων 59) τῶν ὄντων συνεκεφαλαιώσατο πάσας τὰς ἐφόδους εἰς μίαν τὴν ἐπὶ τὸν θεὸν ἀνήκουσαν ἀναγωγίην.

K E Φ. ε.

Δεῖ δὲ λοιπὸν 1) αὐταῖς ταῖς πυθαγορικαῖς διαιρέσεσι προσχρησθῆαι εἰς τὸ προτρέπειν. πάνν γὰρ ἐντρεχῶς καὶ τελειότατα 2) καὶ πρὸς τὰς ἄλλας φιλοσοφίας ἐξηλλαγμένως οἱ κατὰ τήνδε τὴν αἴρεσιν διήρουν ἐπόμενοι ταῖς ἐκείνου διδασκαλίαις τὸν εἰς παρόρμησιν 3) ἐπὶ φιλοσοφίαν λόγον, εὐμηχάνως ἐπιρῶωννύντες καὶ πιστούμενοι ἀποδείξεσιν ἐπιστημονικωτάταις μηδὲν ἀνακόλουθον 4) συναγούσαις. εἰσὶ δὲ τοιαῦται Πάντες ἄνθρωποι βουλόμεθα εὖ πράττειν, εὖ δὲ πράττομεν, εἰ ἡμῖν πολλὰ ἀγαθὰ παρείη. ἀγαθὰ δὲ τὰ μὲν ἐστὶ κατὰ σῶμα, ὥστε ἱκανῶς αὐτὸ παρεσκευάσθαι 5)

59) ἐξεληθοῦσα — διὰ πάντων] Haec omnia, ad sensus integritatem necessaria, librarii incuria in Cd. Ciz. omissa sunt. — Pro πάσας τὰς, vt recte Arcerius, Cd. Ciz. habet πάσας τε.

1) Δεῖ δὲ λοιπὸν] Hic vterque codex Ciz. et Par. noui capituli initium facit.

2) τελειότατα] Sic Cd. Par. In Ciz. est τελειώτατα, et in Arc. edit. τελειώτατα. Eadem paulo post recte ἐξηλλαγμένως, Cd. Ciz. ἐξηλαγμένως.

3) τὸν εἰς παρόρμησιν] In Arc. edit. deest praepositio: qua omissa quum locus sensu careret, Arcerius coniecit τὸν ἐγείροντα παρόρμησιν, Vulcanius ἐμποιούντα,

secuta illa tum ea, quae in nobis sunt, tum ea, quae in natura, tum, vt breuiter dicam, omnia, illuc denique redit, vt singulae adhortationes omnes ad solum deum referantur.

CAP. V.

Iam conuenit, vt etiam ipsis diuisionibus pythagoricis ad cohortandum vtamur. Nam diligentissime perfectissimeque et secus ac reliquae disciplinae huius scholae sectatores, magistri praecepta secuti, rationem, qua ad philosophiam excitarent, diuidebant, ingeniose eam corroborando et subtilissimis demonstrationibus, quae nihil sibi non constans continerent, confirmando. Quae diuisiones sunt huiusmodi: Omnes homines cupimus felices esse. Felices autem sumus, si nobis multa bona adsunt. Bonorum alia ad corpus spectant, hoc vt satis sit constitutum ad naturae congruentiam, temperatio-

vel ἀναγκαστικά. Quas coniecturas superuacaneas esse, docet vera lectio e Cdd. Ciz. et Par. reuocata.

4) ἀνακόλουθον] Sic Cdd. Ciz. et Par. pro ἀκόλουθον, quod in Arc. edit. legitur. Illud reponendum esse etiam Vulcan. vidit; nam, inquit, nihil consequens inducentibus demonstrationibus nullae minus sunt ἐπιστημονικά.

5) αὐτὸ παρασκευάσθαι] Sic recte Cd. Ciz. praeter accentum non suo loco positum, nam scriptum est παρασκευάσθαι. Arc. edit. αὐτὸ παρασκευάσθαι, et Cd. Par. παρασκευάσθαι, omissis verbis ἰκανῶς αὐτό.

πρὸς τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν καὶ κρᾶσιν καὶ ῥώμην· τὰ δὲ ἐν τοῖς ἐκτός, ὡςπερ εὐγένεια⁶⁾ καὶ δυνάμεις καὶ τιμαὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι· τὰ δὲ περὶ ψυχὴν, ὡς τὸ σῶφρονά τε εἶναι καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον καὶ διαφερόντως τὸ σοφὸν εἶναι· μεθ' ὧν οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ συνεπιλαμβάνειν καὶ τὴν εὐτυχίαν ταῖς ὀρθαῖς πράξεσιν ἤτοι ὑπὸ τῆς σοφίας ἐπιφερομένην, ἢ καὶ καθ' αὐτὴν ἔχουσαν ἰδίαν τινὰ δύναμιν. Ἀλλ' οὐκ εὐθὺς εὐδαιμονοῦμεν⁷⁾ διὰ τὰ παρόντα ἀγαθὰ, εἰ μηδὲν ἡμᾶς ὠφελοῖ· ὠφελεῖ δὲ οὐδὲν, εἰ εἴη⁸⁾ μόνον ἡμῖν, χρώμεθα⁹⁾ δὲ αὐτοῖς μὴ. οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν παρὸν διὰ τὴν κτήσιν ὠφελεῖ ἄνευ τοῦ χρῆσθαι αὐτῶ, οὐδ' εἰ τις οὖν πλοῦτον, καὶ ἂ νῦν δὴ ἐλέγομεν ἀγαθὰ, κεκτημένος εἴη, χρώτο δὲ αὐτοῖς μὴ, οὐκ ἂν εὐδαιμονοῖ¹⁰⁾ διὰ τὴν τούτων τῶν ἀγαθῶν κτήσιν. δεῖ ἄρα μὴ μόνον κεκτηθῆναι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ τὸν μέλλοντα εὐδαίμονα ἔσεσθαι, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς, ἣν οὐδὲν ὄφελος τῆς κτήσεως γίγνηται¹¹⁾. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ χρῆσθαι μόνον ἔξαρκεῖ, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι τὰ

6) εὐγένεια] In Cd. Ciz. εὐγενείας. Tum pro δίκαιον in ed. Arc. δικαῖον.

7) εὐδαιμονοῦμεν] Ita Arc. edit. consentiente Cd. Ciz. In Par. εὐδαιμονοῦμεν. Deinde pro ὠφελοῖ, quod cum Arc. edit. Cd. Ciz. tuetur, in Par. est ὠφελεῖ.

8) εἰ εἴη] Hoc, quod pro εἰ ἢ, vt in Arc. ed. legitur, reponendum esse, Vulcan. viderat, praebuit Cd. Ciz. In Par. legitur εἴη sine coniunctione εἰ.

9) χρώμεθα] Optatiuum restitui pro χρώμεθα, quod exstat in Arc. edit. et Cd. Ciz. Paulo post οὐδ' εἰ τις in Cdd. Ciz. et Par. recte legitur. Quod Arc. dedit

nem et robur. Alia sunt in rebus externis, ut generis nobilitas, potentia et honores in patria. Alia pertinent ad animum, ut homo continens, iustus, fortis, maxime, ut sapiens sit. Cum quibus bonis multum attinet ut recte agendo consequamur felicitatem siue a sapientia suppeditatam, siue quae per se ipsa propria quadam vi valeat. Verum non continuo eo, quod bona possidemus, felices sumus, ea si nihil nobis prosunt. Prosunt autem nihil, si modo adsunt, nos autem iis non utimur. Neque enim vlla alia res praesens propterea, quod praesens est, prodest, nisi ea utaris, neque, si quis diuitias et quae modo commemorabamus bona, sibi comparauerit, at iis non utatur, propter horum bonorum possessionem felix fuerit. Ergo necesse est, ut, quicumque felicitatem consequi velit, huiusmodi bona non solum parata habeat, sed iis etiam utatur, quippe quum sola possessio nihil afferat utilitatis. Verum ne vsus quidem solus sufficit, sed

¹¹⁰ *εἰ δέ τις*, sensu caret. Tum in *νῦν δὴ* particulam *δὴ*, quae deest in Arc. edit., e Cdd. Ciz. et Par. addidi. Ceterum locus: *οὐδ' εἴ τις οὖν πλοῦτον κ. τ. λ.* sumtus est e Platonis Euthydem. §. 24. sqq. p. 329. sqq. edit. Heindorf., omissis aliis, aliis contractis.

¹¹⁰ *εὐδαιμονοῦ*] Sic Arc. concinente Cd. Ciz. Scaliger coniecit *εὐδαιμονοίη*. In Cd. Par. est *εὐδαιμόνων*.

¹¹¹ *γίγνεται*] Sic propter *ἦν* scripsi pro *γίνεται*, quod legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz. — Vulcan. coniecit: *ἢ οὐδὲν* — *γίγνεται*, quod vel praeferendum videtur.

ὀρθῶς χρῆσθαι. πλεον γὰρ θάτερόν ἐστιν, εἴαν τις χρῆται μὴ ὀρθῶς ὁτῶον πράγματι, ἢ εἴαν εἴ᾿ τὸ μὲν γὰρ κακὸν, τὸ δὲ οὔτε κακὸν οὔτε ἀγαθόν. Ἀλλὰ μὴν ἔγ γε τῇ χρήσει τε καὶ ἐργασίᾳ πάσῃ τῇ περὶ ὁτιούν τὸ ἀπεργασθόμενον τὸ ὀρθῶς χρῆσθαι ἐπιστήμη παρέχεται. καὶ περὶ τὴν χρεῖαν οὖν ὧν ἐλέγομεν τὸ πρῶτον τῶν ἀγαθῶν, πλούτου τε καὶ ὑγείας καὶ κάλλους, τὸ ὀρθῶς πᾶσι χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις ἐπιστήμη ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσά ¹²⁾ ἐστὶ τὴν πράξιν. - οὐ μόνον οὖν εὐτυχίαν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγίαν ἢ ἐπιστήμη παρέχει τοῖς ἀνθρώποις ἐν πάσῃ κτήσει τε καὶ πράξει, καὶ οὐδὲν ὄφελος τῶν ἄλλων κτημάτων ἀνευ φρονήσεώς τε καὶ σοφίας. τί γὰρ ὄφελος κεκτησθαι πολλὰ καὶ πολλὰ πράττειν νοῦν μὴ ἔχοντα μᾶλλον ἢ ὀλίγα; οὐχ. ὁ μὲν ἐλάττω πράττων ἐλάττω ἐξαμαρτάνει, ἐλάττω δ' ἐξαμαρτάνων ἦττον ἀν κακῶς πράττει ¹³⁾, ἦττον δὲ κακῶς πράττων ἀθλιος ἀν ἦττον εἶη; συγχωρεῖν ἀναγκαῖον τούτοις καὶ ὅτι ὁ μὲν τὰ εἰρημένα ἀγαθὰ κεκτημένος ἀνευ νοῦ πλείονα κακὰ πράξει, ὁ δὲ τὰ ἐναντία ἔχων τὰ κακὰ ἐλάττονα. ἐν κεφαλαίῳ ἄρα κινδυνεύει πάντα, ἅ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου αὐτοῖς ὁ λόγος εἶναι, ὅπως αὐτὰ γε καθ' αὐτὰ πέφυκεν

¹²⁾ κατορθοῦσά ἐστὶ τὴν πράξιν] Κατορθοῦσθαι τὴν πράξιν ἐστὶ monstrare, quia in his omnibus sint ὀρθαὶ πράξεις, seu quae sit εὐπραγία, quod vocabulum paulo post usurpatum hoc loco non, ut alias, prosperam sortem, sed rectam agendi rationem significat: eademque vis inest in vocab. ὀρθότης, quod paulo inferius legitur.

rectum vsum accedere oportet. Plurimum enim interest, si quis quacunq̄ue re non recte vtitur, aut si eam prorsus negligit. Illud enim malum est, hoc neque malum neque bonum. Praeterea et in rebus vten-
dis et in quacunq̄ue re agenda rectum vsum suggerit scientia. Et quod attinet ad bona, quae primum afferebamus, diuitias, bonam valetudinem et pulcritudinem, scientia est, quae his recte vti doceat, rectamque agendi viam demonstrat. Quapropter non solum felicitatem, verum etiam rectam agendi rationem scientiae homines debent in omnibus, quae et possident et agunt, neque quicquam ceterae possessiones prosunt, nisi prudentia et sapientia accedat. Quid enim iuuat, si quis mente caret, multa potius, quam pauca possidere atque facere? Nonne, qui pauciora facit, in paucioribus peccat, et qui in paucioribus peccat, nonne minus prae faciet; minus autem prae faciens, nonne minus miser erit? Concedenda haec sunt aequae, ac illud, futurum esse, vt, qui mentis expers dicta bona possideat, plura, et is, cuius conditio contraria sit, pauciora male faciat. Ergo, vt breuibus complectar, haec omnia bona, quae primum commemora-
vimus, de Pythagoricorum sententia non

13) πρώτοι] Sic recte Cdd. Ciz. et Par., sed Arc. edit. πρώτοι. Eadem paulo post recte ἥτιον, at Cd. Ciz. ἥτιον. Tum post πλείονα cum Arcerio addidi κακά,

ἀγαθὰ εἶναι, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ὥδε ἔχει. εἴαν μὲν αὐτῶν ἡγήται ¹⁴⁾ ἀμαθία, μείζω κακὰ εἶναι τῶν ἐναντίων, ὅσω δυνατώτερα ὑπηρετεῖν τῷ ἡγουμένῳ κακῷ ὄντι. εἴαν δὲ φρόνησις καὶ σοφία, μείζω ἀγαθὰ, αὐτὰ δὲ καθ' αὐτὰ οὐδέτερα αὐτῶν οὐδενὸς ἄξια εἶναι. μόνη τοίνυν ἢ μὲν σοφία ἀγαθὸν ἐστίν, ἢ δὲ ἀμαθία κακόν. ἐπειδὴ τοίνυν εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμοῦμεθα πάντες, ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γενόμενοι ¹⁵⁾ ἐκ τοῦ χρῆσθαι τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἐστὶν ἢ παρέχουσα. δεῖ δὴ, ὡς ἔοικεν, ἐκ παντὸς τρόπου πάντα ἄνδρα παρασκευάζεσθαι ¹⁶⁾, ὅπως ὡς σοφώτατος ἔσται. μόνον γὰρ τοῦτο ¹⁷⁾ τῶν ὄντων εὐδαίμονα καὶ εὐτυχῆ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. ἀναγκαῖον οὖν φιλοσοφεῖν τοῖς βουλομένοις εὖ πράττειν. ἢ δὲ φιλοσοφία ὄρεξις ἐστὶ καὶ κτησίς ἐπιστήμης, οὐχ ἥτις κτητικὴ μόνον ἐστὶ τῶν δοκούντων ἀγαθῶν, οὐδ' ἥτις ποιητικὴ αὐτῶν, χρηστικὴ δὲ οὐ. τοιαύτην δεῖ οὖν ἐπιστήμην, ἐν ἣ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ποιῆσθαι καὶ χρῆσθαι τούτῳ, ὃ ἂν ποιήσῃ.

quod vocabulum in Cd. Ciz. aequè, atque in codice, quo Arcerius vsus est, omissum est.

14) ἡγήται] Sic recte correxit Scaliger ἡγεῖται, quod, vt in Arcerii editione, etiam in Cd. Ciz. legitur.

15) γενόμενοι] Sic recte Cd. Ciz. pro γιγνόμενοι, quod Arcerius habet.

16) παρασκευάζεσθαι] Hoc tempus, quod Cdd. Ciz. et Par. tuentur, praeferendum est aoristo παρασκευάσασθαι,

videntur ea bona esse per se ipsa; immo sic se videtur res habere. Ea si insipientiam sequuntur ducem, tanto maiora mala sunt, quam contraria, quanto plus valent ad seruiendum prauo duci: sin prudentiam et sapientiam, maiora bona, ipsa autem per se neutra cuiusquam pretii sunt. Hinc sola sapientia bonum est, insipientia malum. Iam quoniam felices esse omnes cupimus, hoc autem nos consecutos esse ex rebus vtendis et recte vtendis patet, rectumque vsum et felicitatem scientia nobis affert: profecto, vt videtur, cuique homini omni modo videndum est, qui sapientissimus euadat, quum hoc solum beatos et felices reddat. Philosophari igitur oportebit, quicumque volent, vt sibi bene sit. Philosophia autem est affectatio et possessio scientiae, non eius, quae bona, quae modo bona videntur esse, comparet, neque eius, quae bona efficiat quidem, at iis non vtatur. Tali igitur opus est scientia, in qua et efficere et effici et vti eo, quod effecerit, concurrant.

qui legitur in ed. Arc. Nam homo semper se ita componere debet, vt sapientissimus euadat.

17) τοῦτο] Ita scripsi cum Arcerio pro τοῦτων, quod legitur in Cd. Ciz. pertinetque τοῦτο ad σοφώτατον εἶναι. Porro ἐπιστήμη κτητικὴ τῶν ἀγαθῶν vocatur scientia ea, qua quis instructus bona sciat acquirere, ποιητικὴ αὐτῶν, qua instructus bona vere acquirat. In philosophia auctor haec tria coniuncta esse dicit, vt, ea qui in-

Εἰ τοίνυν αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι ἐπιστήμαι θη-
 ρευτικάί τινές εἰσι καὶ παρασκευαστικάι τῶν
 ἀγαθῶν, μόνη δὲ ἡ τελεία δικαιοσύνη καὶ φρό-
 νησις τὴν κατ' ἀξίαν χρῆσιν ποιοῦνται ἐκάστω¹⁸⁾
 καὶ ἀναφέρουσι ταύτην πρὸς τὸν ἡγεμόνα νοῦν,
 αὕτη ἂν εἴη, ἧς δεῖ ἀντιποιεῖσθαι. καὶ γὰρ
 τὸ θεωρεῖν καὶ κρίνειν ἐν ἑαυτῇ¹⁹⁾ ἔχει καὶ
 τὰς ἀρχὰς ἔχει τῆς ὀρθῆς χρήσεως τῶν ἀγα-
 θῶν, ἧς τυχόντες καλῶς ἂν τὸν ἐπίλοιπον
 βίον διεξέλθοιμεν. τοιαύτη τίς ἐστίν ἡ ἐκ
 [ταύτης] τῆς διαιρέσεως προτρεπτικὴ ἔφοδος.
 Ἄλλη δ' ἐστὶ περὶ αὐτῆς τοιαύτη διαίρεσις· ὡς
 ἐστὶ μὲν τι²⁰⁾ ψυχὴ, ἐστὶ δὲ τι σῶμα ἐν
 ἡμῖν, καὶ τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δὲ ἄρχεται, καὶ
 τὸ μὲν χρῆται, τὸ δ' ἐστὶ τοιοῦτον οἶον²¹⁾
 χρῆται, καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ ἀγαθὸν καὶ
 οἰκειότατον ἡμῖν, τὸ δ' ἄλλως συνηρημένον
 ὑπουργίας τινὸς ἕνεκα καὶ χρείας ἐχόμενον τῆς
 εἰς τὸν κοινὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον. δεῖ τοίνυν
 τοῦ ἀρχοντος μᾶλλον, ἀλλὰ μὴ τοῦ ἀρχομένου,
 καὶ τοῦ θειοτέρου καὶ οἰκειοτέρου ἡμῖν, ἀλλὰ
 μὴ τοῦ καταδεστέρου ἐπιμελεῖσθαι.

structus sit, bona et efficere et sibi parare et in utilita-
 tem suam conuertere sciat.

18) χρῆσιν ποιοῦνται ἐκάστω] Hoc est χρῆσθαι ἐκάστω,
 nam ἐκάστω est coniungendum cum substant. χρῆσιν.

19) ἐν ἑαυτῇ] Ita scripsi pro ἐαυτήν, quod et in Arc. edit.
 et Cd. Ciz. legitur, sed huic loco non conuenit.
 Tum ante τῆς διαιρέσεως inserui ταύτης: nam loquitur
 de diuisione, quam ante explicuit, cui opponitur noua
 (ἄλλη διαίρεσις), ad quam tractandam progreditur.

Quodsi reliquae scientiae omnes in bonis quaerendis et parandis elaborant, sola autem perfecta iustitia et prudentia iustum cuiusque rei vsum demonstrant eumque ad solam mentem vt ducem referunt, haec erit, quam aequiri oporteat. Nam facultatem considerandi et iudicandi in se continet, rationemque bonorum recte vtendorum docet, quam tenentes posthaec vitam bene transigere possimus. Talis fere est cohortatio ab illa diuisione sumta. Alia autem diuisio eodem spectans haec est. Alterum in nobis est animus, alterum corpus: illud imperat, huic imperatur: illud vtitur, hoc tale est, quo illud vtatur: illud diuinum est et bonum et nobis maxime proprium, hoc aliunde pendens ministerii cuiusdam causa, vsuique ad vitam hominum communem coniunctum. Quamobrem potius eius, quod imperat, at non eius, cui imperatur, potius eius, quod diuinius nobisque magis proprium est, at non eius, quod deterius, curam agi decet.

Verba autem *περι αὐτῆς*, quemadmodum legitur in Cdd. Ciz. et Par. (nam Arc. edit. habet *περι αὐτοῖς*), pertinent ad *προαιρετικὴν ἔφοδον* hoc sensu: alia diuisio, quae cohortationi inseruiat, sic habet.

20) *μέν τι*] Sic necessario scribendum pro *μέν τοι*, quod habet Cd. Ciz. In edit. Arc. neque *τι*, neque *τοι* legitur.

21) *οἷον*] Sic scripsi pro *οἷον ὃ*, quod habet Arc. edit., et pro *οἷον* sine *ὃ*, quod Cd. Ciz.

Ταύτη ²²⁾ δ' ἐστὶ παραπλησία τοιαύτη διαίρεσις· ὡς τριχῆ τὰ ἡμέτερα πάντα διήρηται, εἰς τε ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ τὰ τοῦ σώματος. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐστὶ πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα, τὰ δὲ τρίτα. καὶ προηγουμένως ²³⁾ μὲν δεῖ στοχάζεσθαι τῶν τῆς ψυχῆς, τὰ δ' ἄλλα τῆς ψυχῆς ἕνεκα πράττειν. καὶ γὰρ τοῦ σώματος ἐπιμελεῖσθαι χρὴ ἀναφέροντας αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς ὑπηρεσίαν, καὶ τὰ χρήματα κτᾶσθαι δεῖ διὰ τὸ σῶμα, πάντα δὲ τῆς ψυχῆς ἕνεκα διατάττειν καὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἀρχουσῶν δυνάμεων. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττουσιν, ὅσοι περὶ χρημάτων μὲν πᾶσαν σπουδὴν ἔχουσι, δικαιοσύνης δὲ ἀμελοῦσι, δι' ἣν ἐπιστάμεθα ὀρθῶς χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, καὶ τοῦ μὲν ζῆν καὶ ὑγιαίνειν φροντίζουσι τῷ σώματι, τοῦ δὲ ὀρθῶς χρῆσθαι τῇ ζωῇ καὶ ὑγιείᾳ ²⁴⁾ ἀμελοῦσι, καὶ τῆς μὲν ἄλλης παιδείας ἐπιμελοῦνται, δι' ἣν οὐδέποτε ²⁵⁾ ὁμοιοητικὴν φιλίαν κτήσασθαι δύνανται, τὴν δὲ τῆς ὁμοιοίας ἀρχηγὸν ἐπιστήμην παρορῶσιν, ἥτις διὰ φιλοσοφίας μόνης κάλλιστα παραγίγνεται, καὶ ταῖς μὲν πράξεσιν ἐπιχειροῦσι, τὸ δὲ πῶς δεῖ πράττειν ἕκαστον τῶν ἔργων, οὔτε ἴσασι οὔτε λογιζονται.

22) Ταύτη] In Arc. edit. legitur ταύτη. Illo modo legendum esse iam Arc. vidit: neque aliter hoc loco codices, qui plerumque iota, quod subscribitur, omittunt.

23) προηγουμένως] Ita Cdd. Ciz. et Par. In Arc. edit. προηγουμένου, quod in illud mutandum esse iam ipse Arcerius et Vulcanius censuerunt.

Huic affinis est illa diuisio, qua omnia nostra trifariam sunt partita, in animum, corpus, et ea, quae corporis sunt. Horum alia primum, alia secundum, alia tertium locum tenent. Ante omnia quidem eorum, quae animi sunt, ratio est habenda, reliqua sunt animi causa facienda. Etenim corpus ita curari debet, eius vt curam ad animi obsequium referamus. Opes parandae sunt corporis causa, et omnia animi causa componenda, animique facultatum, penes quas est imperium. Quod si ita est, nihil eorum, quae decent, faciunt, quicumque omne studium in opibus colligendis ponunt, iustitiam autem negligunt, qua opibus recte vti sciamus, et vitae corporisque bonae valetudini prospiciunt, recte autem vti vita et bona valetudine negligunt, denique reliquam disciplinam appetunt, per quam nunquam in concordem sui ipsorum amicitiam peruenire possunt, scientiam autem vel maxime concordiae effectricem contemnunt, quae per philosophiam solam optime contingit; quique ad agendum quidem animum adiungunt, sed quomodo quodque agendum sit, nec sciunt, nec reputant.

24) ὑγεία] Ita Arc. edit. In Cd. Ciz. ὑγεία, quam formam Kusterus in Vita Pyth. vbique dedit.

25) οὐδέποτε] Ita Cdd. Ciz. et Par. In Arcer. edit. est οὐδὲν ποτὲ. Significat autem δημονοητικὴ φιλία idem, quod infra dicitur *δμολογουμένως τῇ ἐαυτῶν οὐσίᾳ διακοσμεῖν τὸν ἐαυτῶν βίον.*

Ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς διαιροῦσι τὰ τοιαῦτα·
 χωρὶς δῆπουθεν ²⁶⁾ ἐστὶν αὐτὸς ἕκαστος, τὸ
 ἑαυτοῦ, ἃ ἐστὶ τῶν αὐτοῦ. αὐτὸς μὲν οὖν ἕκα-
 στός ἐστὶν ἡμῶν ἢ ψυχὴ, τὸ δ' αὐτοῦ ἐστὶ τὸ
 σῶμα καὶ τὰ τοῦ σώματος, ἃ δ' ἐστὶ τῶν
 αὐτοῦ, τὰ χρήματά ἐστιν, ὅσα τοῦ σώματος
 ἕνεκα κτώμεθα. καὶ ἐπιστῆμαι τοίνυν τρεῖς
 εἶδῶν ἐπὶ τοῖς τρισὶ τούτοις πράγμασιν. ὁ μὲν
 οὖν τὰ τοῦ σώματος γινώσκων τὰ αὐτοῦ,
 ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἔγνωκεν. ὕθεν οἱ ἰατροὶ
 οὐχ ἑαυτοὺς γινώσκουσι καθ' ὅσον ἰατροί,
 οὐδὲ οἱ παιδοτρίβαι καὶ ὅσοι γε πορρωτέρω
 τῶν ἑαυτῶν τὰ περὶ τὸ σῶμα γινώσκουσιν,
 οἷς τοῦτο θεραπεύεται, ὡς οἱ γεωργοὶ καὶ οἱ
 ἄλλοι δημιουργοί, πολλοῦ δὲ δέουσιν ἑαυτοὺς
 γινώσκειν· οὐδὲ γὰρ τὰ ἑαυτῶν οὔτοι γινώ-
 σκουσι· διὰ ταῦτα δὲ καὶ βάνανθοι αὐταὶ αἱ
 τέχναι δοκοῦσιν εἶναι· μόνη δὲ σωφροσύνη
 ἐστὶν ἢ τῆς ψυχῆς γνῶσις, καὶ τῷ ὄντι
 ἡμετέρα ἀρετὴ μόνη ἐκείνη ²⁷⁾ ὑπάρχει, ἣτις
 τὴν ψυχὴν βελτίονα ἀπεργάζεται. ταύτης ἄρα
 μάλιστα ἀντιποιεῖσθαι ἄξιον τοὺς βουλομέ-
 νους ὁμολογουμένως τῇ ἑαυτῶν αὐσίᾳ διακο-

26) χωρὶς δῆπουθεν κ. τ. λ.] Haec sumta sunt e Platon.
 Alcib. prior. (edit. Biester. secunda, p. 144. §. 54. sqq.)
 nonnullis mutatis, neque ordine Platonico. Iamblichus
 tria distinguit, nimirum hominem ipsum, i. e. animum,
 tum id quod hominis ipsius est, i. e. corpus et quae
 sunt corporis, ut bona valetudo, robur, agilitas, deni-
 que ea quae sunt eorum, quae sunt ipsius hominis,
 h. e. opes. Diversa igitur sunt hoc loco τὰ τοῦ σώμα-
 τος, in secunda parte commemorata, et τὰ περὶ τὸ

Aliud porro principium sequentes has res sic diuidunt. Diuersa utique haec sunt, ipse quisque, id quod ipsius est, et ea, quae sunt eorum, quae ipsius sunt. Atque ipse quidem quisque est noster animus, id quod ipsius, est corpus et quae ad corpus pertinent, quae autem eorum, quae ipsius sunt, opes, quae corporis causa parantur. Iam tres sunt scientiae, quae in his tribus rebus versantur. Qui ea, quae sunt corporis, cognoscit, is sua, non se ipsum nouit. Hinc medici non se ipsos cognoscunt, qua sunt medici, neque palaestrae magistri, et quotquot longiori a se ipsis interuallo ea, quae corporis sunt, cognoscunt, quibus rebus illud curetur, ut agricolae ceterique opifices. Multum sane abest, ut hi se ipsos cognoscant, ut ne sua quidem cognoscant. Quapropter etiam illae artes illiberales videntur esse. Sola autem temperantia est animi cognitio, et reuera nostra virtus sola illa est, quae animum meliorem reddit. Hanc igitur maxime appetere debent, qui, conuenienter suae naturae, suam vitam instituere volunt,

σῶμα, in tertia, ut intelligitur ex iis, quae auctor paulo post dicit.

[27] *μόνη ἐνείκη*] Sic Arc. edit. In Cd. Ciz. deest *ἐνείκη* et deesse potest. Tum recte Cd. Ciz. *ἄρα*, edit. Arc. *ἄρα*. Ante *ἄρα* pro *ταῦτα*, quod in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur, scripsi *ταύτης*, quod referendum est ad *γνώσιν τῆς ψυχῆς*; neque *ἀντιποιεῖσθαι* admittit accusatiuum.

σμεῖν τὸν ἑαυτῶν βίον καὶ ἑαυτοὺς ἀπεργάζεσθαι καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ τῶ ὄντι ἑαυτῶν ἐπιμελεῖσθαι προαιρουμένους. Τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται γνώμη καὶ ταῦτα· ὡς τῶν ἡμετέρων ²⁸⁾ κτημάτων μετὰ θεοὺς ψυχὴ θεϊότατον οἰκειότατόν τ' ἐστὶ, τὰ δ' ἡμέτερα διττά ἐστὶ παντάπασι ²⁹⁾, τὰ μὲν ³⁰⁾ κρείττω καὶ ἀμείνω, δεσπόζοντα, τὰ δὲ ἥττω καὶ χείρω, δοῦλα. τὰ δεσπόζοντα οὖν προτιμητέα τῶν δουλευόντων, οὕτως οὖν τὴν ψυχὴν μετὰ θεοὺς τῶν ἄλλων προτιμητέον πάντων· τιμᾶ δὲ αὐτὴν οὐχ ὁ χείρονα ἐκ βελτίονος ἀπεργαζόμενος, οὐδ' ὁ κακῶν καὶ μεταμελείας ³¹⁾ ἐμπιπλᾶς αὐτὴν, οὐδ' ὁ φεύγων τοὺς ἐπαινουμένους πόρους καὶ φόβους καὶ ἀλγηδόνας καὶ λύπας (ἄτιμον ³²⁾ γὰρ αὐτὴν ἀπεργάζεται), οὐδ' ὁ φεύγων ³³⁾ τὸν θάνατον (τὴν γὰρ λύσειν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς τὴν καθ' ἑαυτὴν ζωὴν δυσχεραίνοντο ἂν ὁ τοιοῦτος), οὐδ' ὁ πρὸ ἀρετῆς προτιμῶν κάλλος ἢ χρήματα (τῶν γὰρ χειρόνων οὕτω τὴν κρείττονα ψυχὴν καταδεστέραν ἀποφαίνει). μία τοίνυν ἔσται

28) τῶν ἡμετέρων κ. τ. λ.] Haec sumpta sunt e Platon. lib. V. de legib. init. Vol. VIII. p. 203. Bip.

29) διττά ἐστὶ παντάπασι] Sic scripsi e Platone pro iis, quae et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. leguntur: διττὰ πάντων ἐστὶ πᾶσι, quae ex Platonis verbis deprauata esse patet. Omnino autem in locis Platonice ab Iamblichio exscriptis hanc rationem tenendam esse putavi, ut non nisi ea, quae sensu cassa et aperte falsa essent, corrigerem, relictis iis, quae a Platonis quidem elegantia deflexa certe intelligi possent.

seque ipsos reddere bonos et probos atque reuera se curare cupiunt. Eidem sententiae haec coniuncta sunt. Ex iis, quae a nobis possidentur, post deos animus maxime diuinus nobisque proprius est. Nostra autem duplicis omnino sunt generis, alia praestantiora et meliora, quae imperant, alia inferiora et deteriora, quae seruiunt. Quae imperant, praeferenda sunt iis, quae seruiunt. Hinc sequitur, post deos animum reliquis omnibus esse praeferendum. Eum in honore habet, non qui ex meliore deteriorem efficit, nec qui malis et poenitentia replet, nec qui labores laude dignos, timores, dolores et molestias refugit. Nam qui ita animatus est, honore animum exuit: neque qui mortem reformidat; nam is corporis liberationem animique vitam per se solam dedignabitur: neque qui pulcritudinem aut opes in maiore, quam virtutem, honore habet; nam sic iis, quae deteriora sunt, animum, qui melior est, inferiorem reddit. Vnus proinde animi honor

30) τὰ μὲν] In Plat. τὰ μὲν οὖν. Proximus locus in Platone sic legitur: τὰ δεσπόζοντα ἀεὶ προτιμητέον τῶν δουλευόντων.

31) μεταμελείας ἐμπιπλᾶς] E Platone. In Cod. Ciz. μετ' ἀμελείας ἐμπιπλᾶς.

32) ἀτιμίον] In Cd. Ciz. ἄτιμος.

33) οὐδ' ὁ φεύγων vsque ad ὁ τοιοῦτος] Hunc locum, qui in edit. Arc. non legitur, addidi e Cdd. Ciz. et Par., idemque Paris. recte dat λύσω pro λύπην, quod Cd. Ciz. praebet.

τιμὴ τῆς ψυχῆς ἢ κατὰ τὸν ὀρθὸν ³⁴⁾ λόγον
 ζωὴ καὶ κατὰ νοῦν τελειότης τῆς ψυχῆς καὶ
 τὸ ὁμοιοῦσθαι τοῖς οὖσιν ἀρίστοις παραδεί-
 γμασι καὶ τὸ τοῖς ἀμείνοσιν ἔπεσθαι τὰ
 χείρονα, ὅσα γενέσθαι βελτίω δύναται, καὶ
 τὸ φεύγειν μὲν τὸ κακὸν, ἰχνεῦσαι δὲ καὶ
 ἐλεῖν τὸ πάντων ἀριστον καὶ ἐλόντα αὐτὸ κοινῇ
 ξυνοικεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον. τοῦτο δὲ οὐδὲν
 ἄλλο ἐστὶν ἢ δεόντως φιλοσοφεῖν, ὥστ' ἐξ
 ἅπαντος τρόπου φιλοσοφητέον τοῖς βουλομέ-
 νοις εὐδαιμονεῖν ³⁵⁾. Τελέως δ' ἂν καὶ οὕτως
 ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐκ διαιρέσεως ἐπέλθοιμεν. τρία
 τριχῇ ³⁶⁾ ψυχῶν ἐν ἡμῖν εἶδη κατῴκισται, τὸ
 μὲν, ὧ λογιζόμεθα, τὸ δὲ, ὧ θυμούμεθα,
 τρίτον δὲ, ὧ ἐπιθυμοῦμεν. τυγχάνει δ'
 ἕκαστον αὐτῶν κινήσεις ³⁷⁾ ἔχον. τὸ μὲν οὖν
 αὐτῶν ἐν ἀργίᾳ διάγον καὶ τῶν ἑαυτοῦ κινή-
 σεων ἡσυχίαν ἄγον ἀσθενέστατον ἀνάγκη
 γίνεσθαι, τὸ δ' ἐν γυμνασίοις ἐρῶμενέστα-
 τον. διὸ φυλακτέον, ὅπως ἂν ³⁸⁾ ἔχῃ τὰς
 κινήσεις πρὸς ἀλλήλας συμμετρους ³⁹⁾. δια-
 φερόντως δὲ δὴ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς
 εἶδος, ὅπερ δαίμονα ὁ θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε

34) ἢ κατὰ τὸν ὀρθὸν vsque ad τῆς ψυχῆς] Etiam hunc locum, qui deest in Arcerii edit., addidi e Cdd. Ciz. et Par. — Pro τελειότης Cd. Par. habet τελειότατον.

35) εὐδαιμονεῖν] Sic Cd. Ciz. In Arc. edit. εὐδοκμεῖν. Paulo post Cdd. Ciz. et Par. recte, praebent ἐπέλθοιμεν, edit. Arc. ἐπέλθωμεν.

36) τρία τριχῇ κ. τ. λ.] E Platonis Timaeo, Vol. IX. p. 431. Bip. Cf. etiam Stob. ecl. p. 878. Heeren.

erit vita ad rectam rationem instituta, animique perfectio ad mentem peracta, et si optimis exemplis similes reddimur, si deteriora, quae meliora effici possunt, ea, quae praestantiora sunt, sequuntur, si fugimus malum, omniumque optimum sectamur et eligimus, idque electum constanter per reliquam vitam tuemur. Hoc iam nihil aliud est, quam ita, ut decet, philosophari. Hinc patet, iis, qui felicitatem appetant, omni ratione esse philosophandum. Ad idem prorsus etiam haec diuisio nos deducet. Tres sunt animi partes constitutae, prima, qua ratiocinamur, altera, qua irascimur, tertia, qua cupimus. Earum quaeuis suos motus habet. Quae igitur earum pigra est et a suis motibus quiescit, ea infirmissima reddatur necesse est; quae autem exercetur, firmissima. Quapropter videndum est, ut motibus inter se conuenientibus agitentur. Praecipue autem praestantissima animi pars, quam ut daemonem deus cuique

37) κινήσεις] E Platone cum edit. Arc. In Cd. Ciz. κινήσεως. Idem paulo post habet ἐνεργεῖα pro ἐν ἀγίῃ. Tum ἐαυτοῦ scripsi e Platone pro ἐν αὐτῷ, quod et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. legitur.

38) ὅπως ἂν] Sic Arc. edit. cum Platone. A Cd. Ciz. ἂν abest.

39) πρὸς ἄλληλας συμμετέρους] In Platone legitur πρὸς ἄλληλα συμμετέρους. Illa lectio et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. exstat. Tum pro δαίμονα, quod cum Platone etiam edit. Arc. et Cd. Ciz. exhibent, Cd. Par. habet δαιμόνων.

καὶ ὅπερ ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἶρει 40) πρὸς τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον, τοῦτο δὴ μάλιστα ἀσκητέον. τῷ μὲν γὰρ 41) περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ περὶ φιλονεικίας ἐσπουδακότι 42) καὶ ταῦτα διαπονοῦντι 43) σφόδρα καὶ ὅσον μάλιστα δυνατὸν γίνεσθαι θνητῷ τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλεπεῖν ἅτε τὸ τοιοῦτον ἠϋξηκότι· τῷ δὲ περὶ φιλομάθειαν 44) καὶ περὶ τὰς τῆς ἀληθείας φρονήσεις ἐσπουδακότι καὶ ταῦτα μάλιστα τῶν αὐτοῦ γεγυμνασμένῳ, φρονεῖν μὲν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἀντὶ ἀληθείας ἐφάπτηται, πᾶσα ἀνάγκη πού· καθόσον δ' αὖ μετασχεῖν ἀνθρωπίνῃ φύσει 45) ἀθανασίας ἐνδέχεται, τούτου μηδὲν 46) μέρος ἀπολιπεῖν ἅτε δὴ καὶ 47) αἰὲ θεραπεύοντα τὸ θεῖον ἔχοντά τε αὐτὸν εὖ κεκοσμημένον τὸν δαί-

40) αἶρει] E Platone. In edit. Arc. αἶρει sine ἡμᾶς, in Cd. Ciz. αἶρεῖ. — Tum pro τοῦτο δὴ, quod habet Cd. Ciz., edit. Arc. τοῦτο δέ.

41) τῷ μὲν γὰρ] In Cd. Ciz. deest γὰρ, quod ex Arc. edit. addidi. In Platone est τῷ μὲν ὄν. Tum e Platone scripsi τὰς pro τῆς, quod edit. Arc. et Cd. Ciz. praebent. Alterum περὶ, quod in Platone non legitur, ex edit. Arc. et Cd. Ciz. retinui.

42) ἐσπουδακότι] In Plat. legitur τετηκότι; sed ἐσπουδακότι, quum et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. legatur, mutare nolui.

43) διαπονοῦντι] Dativum restitui e Platone, quum et διαπονοῦντα, quod in Cd. Ciz. exstat, et διαπονοῦντας, quod in Arcerii editione, locum hic non habeat. Tum e Platone, in quo multo plura, quam hic, leguntur, addidi καὶ ὅσον, ne hic locus omni sensu esset destitutus. Paulo post pro τῷ δὲ in Cd. Ciz. est τὸ δέ.

tribuit, quaeque a terra nos tollit ad coeli cognationem tanquam genus coeleste potius quam terrenum, haec quam maxime curanda est. Qui enim cupiditatibus et ambitiosae iracundiae indulget, in eoque valde elaborat, ut, quantum fieri possit, mortalis fiat, eum ab hac conditione ne minimum quidem abesse, quippe quum mortali naturae vires addiderit; qui vero operam dederit veritati cognoscendae, et de suis hanc partem maxime exercuerit, eum, si veritatem attingat, immortalia et diuina sentire, utique necesse est; quantum contra humana natura immortalitatem admittit, huius ne partem quidem deesse, quippe, quum semper colat diuinum, habeatque ornatissimum daemonem secum

44) φιλομάθειαν] Sic scripsi e Platone pro φιλομαθείας, quod cum Arc. edit. etiam Cd. Ciz. tuetur. Paulo post et Arc. edit. et Cd. Ciz. habent αὐτοῦ pro αἰτιοῦ, idemque Codex γεγυμνασμένων pro γεγυμνασμένω.

45) ἀνθρωπίνῃ φύσει] Quum ἐνδέχεται etiam aliis locis cum datiuo coniunctum reperiatur, quumque et Arc. edit. et Cd. Ciz. datiuum tueantur, eum intactum reliqui, quamquam in Platone ἀνθρωπίνῃ φύσει legatur.

46) μηδὲν] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., pro quo in Platone legitur μηδ' ἄν, quod recipere nolui, quum ne in Platone quidem antea in verbis μηδὲ σμικρὸν ἔλλιπειν vocula ἄν addita sit. Sed cum Arcerio e Platone scripsi ἀπολιπεῖν pro ἀπολείπειν, quod Cd. Ciz. habet.

47) δὴ καὶ] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone est δὲ sine καὶ. Paulo post pro εὔ, ut legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz., in Platone εὔ μάλα. Denique Arc. habet καὶ πικρομένον.

μονὰ ξύνοικον ἐν αὐτῷ 48), διαφερόντως εὐδαίμονα εἶναι. Θεραπεία δὲ δὴ πάντη 49) παντὸς μία, τὰς οἰκείας ἐκάστῳ τροφὰς καὶ κινήσεις ἀποδιδόναι· τῷ δ' ἐν ἡμῖν θείῳ ξυγγενεῖς εἰδὲ κινήσεις αἱ τοῦ παντὸς διανοήσεις καὶ περιφοραί.

Κ Ε Φ. 5.

Ταύταις δὴ οὖν 1) ξυνεπόμενον ἕκαστον δεῖ τὰς περὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ κεφαλῇ διεφθαρμένας ἡμῶν περιόδους ἐξορθοῦντὰ διὰ τὸ καταμανθάνειν τὰς τοῦ παντὸς ἀρμονίας τε καὶ περιφορὰς τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν ἐξομοιωῶσαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν· ὁμοιωῶσαντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν ἀρίστου βίου πρὸς τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον. οὐ γὰρ δὴ λυσιτελεῖ 2) τὸ παντοδαπὸν θηρίον ὥσπερ τὴν ἐπιθυμίαν εὐωχοῦντας ποιεῖν ἰσχυρόν, οὐδὲ τὸν λέοντα οἷον τὸν θυμὸν 3) καὶ τὰ περὶ τὸν λέοντα τρέφειν ἄξιον καὶ ἰσχυρὰ ποιεῖν ἐν ἡμῖν, τὸν δὲ ἄνθρωπον 4) ὥσπερ

48) ἐν αὐτῷ] E Platone pro ἐαυτῷ sine ἐν, quod in edit. Arc. et Cd. Ciz. exstat.

49) δὲ δὴ πάντη] E Platone pro δὲ παντί, quod in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur. Deinde pro οἰκείας in Cd. Ciz. est οἰκίας.

1) δὴ οὖν] Sic Arc. edit. et Cd. Ciz. In Platone non nisi δὴ legitur. Tum pro τὸ κατανοοῦν ἐξομοιωῶσαι quod e Platone reposui, in Cd. Ciz. scriptum est: δὲ τὸ κατὰ νοῦν ἐξομοιοῦσαι.

versantem, eximie beatum esse. Cultura autem cuiusque omnino vna est, proprium cuique pabulum motusque tribuere. Ei vero, quod in nobis diuinum est, motus cognati sunt vniuersi ipsius cogitationes atque circuitus.

C A P. VI.

Hos itaque secutum vnumquemque nostrum oportet discursiones illas nostras in capite olim a prima generatione corruptas per ipsam mundanae harmoniae reuolutionisque intelligentiam ita corrigere, vt intellectae rei intelligentem vim secundum pristinam naturam similem reddat: per quam similitudinem vitae a diis optimae nobis propositae et in praesenti tempore et in futuro finem adipiscamur. Nam profecto non conducit, varium velut animal, cupiditatem, pascendo robustum reddere, neque leonem quasi, iram, quaeque ad eum pertinent, in nobis ali et corroborari decet, hominem

2) οὐ γὰρ δὴ λυσιτελεῖ κ. τ. λ.] Hic locus concinnatus est ex iis, quae leguntur in Platon. de republ. lib. IX, p. 274. sqq. Vol. VII. Bip.

3) τὸν λέοντα οἶον τὸν θυμὸν] Haec verba non cum Arterio hoc ordine sunt collocanda: οὐδὲ τὸν θυμὸν οἶον τὸν λέοντα: immo οἶον eodem modo, quo paulo ante ὡσπερ, praeter consuetudinem vulgarem postpositum est.

4) τὸν δὲ ἄνθρωπον] E Platone pro τοῖς δὲ ἀνθρώποις,

τὸν λόγον λιμοκτονεῖν καὶ ποιεῖν ἀσθενῆ, ὡς ἔλκεσθαι, ὅπη ἂν ἐκείνων ὀπότερον ἄγη, καὶ μηδὲν ἕτερον ἕτερον συνεπίξειν μηδὲ φίλου ποιεῖν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὸν ἐν ἡμῖν θεῖον ἄνθρωπον 5) τοῦ πολυκεφάλου θρέμματος ἐγκρατῆ ποιητέον, ὅπως ἂν τὰ μὲν ἡμέρα τῶν ἐπιθυμιῶν εἶδη τρέφη καὶ τιθασσεύῃ, τὰ δὲ ἄγρια ἀποκωλύῃ φύεσθαι, σύμμαχον ποιησάμενος τὴν τοῦ θυμοῦ φύσιν καὶ κοινῆ πάντων 6) κηδόμενος, φίλα ποιησάμενος ἀλλήλοις τε καὶ ἑαυτῷ, οὕτως αὐτὰ θρέψει. καὶ ὁ μὲν τοιοῦτος κατὰ πάντα ἔσται ἄριστος, ὁ δ' ἐναντίος οὐδὲν ὑγιᾶς ἔχει. καὶ τὸ μὲν καλὸν ἐν τῷ τοιοῦτῳ διαφαίνεται· ὑπὸ γὰρ τῷ θεῷ τὰ θηριώδη τῆς φύσεως ὑποτάττεται· τὸ δ' αἰσχροὺν ἐν τῷ ἐναντίῳ· ὑπὸ γὰρ τῷ ἀγρίῳ τὸ ἡμέρον δουλοῦται, καὶ τὸ βέλτιστον ὑπὸ τῷ μοχθηροτάτῳ 7) καὶ τὸ ἑαυτοῦ θεϊότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ μαρωτάτῳ δουλοῦται καὶ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ψυχῇ πλημμελεῖ 8). Καὶ μὴν τό γε ἀκολασταίνειν

quae lectio omni sensu destituta in edit. Arc. et Cd. Ciz. exstat. Tum pro ἄγη, quod in Cd. Ciz. et Arc. edit. legitur, in Plat. est ἄγοι.

5) τὸν ἐν ἡμῖν θεῖον ἄνθρ.] Ita Cd. Par. recte pro τῶν ἐν ἡμῖν, quod edit. Arc. et Cd. Ciz. Explicuit his verbis Iamblichus Platonis locutionem ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος. De verbo τιθασσεύω, quod paulo post legitur, cf. Schol. ad Pindar. Pyth. II, 31. Deinde pro τὴν τοῦ θυμοῦ φύσιν in Plat. est τὴν τοῦ λέοντος φ.

6) πάντων] Sic cum Platone Arc. edit. et Cd. Ciz. In

autem, rationem, fame enecari et debilitari, ut abstrahatur, quocumque illorum vtrumuis ducat, neque alterum alteri adsuefieri et amicum reddi. Immo multo magis faciendum est, ut diuinus in nobis homo animal multi- ceps imperio contineat, quo placidas cupi- ditates alat et mansuefaciat, feras autem, quominus naseantur, prohibeat, in auxilium assumpta irae natura, atque ita eas alat, ut communi omnes cura complectatur, easque sibi inuicem et sibi ipsi efficiat familiares. Qui sic animatus est, omnino optimus erit; qui secus, in eo nihil sani inest. Atque ho- nestum in illo elucet; nam diuinae naturae parti ea, quae cum bestiis communia habemus, subiiciuntur: turpe in homine contra- rio modo affecto; nam ferum mansueto ser- uat, et optimum ab improbissimo, et id, quo ad deorum naturam proxime accedimus, ab eo, quod inde remotissimum est et foedissi- mum, seruitio premitur, idemque in suum ipsius animum peccat. Quid? quod licentia

Par. est πάντως. Quod sequitur αὐτά, abest a Platone.

Tum pro ἐναντίος in Cd. Ciz. legitur ἐναντίος.

7) ὑπὸ τῶν μοχθηροτάτων] Ita recte edit. Arc. pro ὑπὸ τῶν μοχθηροτάτων. Deinde ἐαυτῶν, quod est in Cd. Ciz., e Plat. mutauit in ἐαυτοῦ.

8) καὶ ἐπὶ τῇ α. ψ. πλημμελεῖ] Haec Iambl. posuit pro his Platonis: ἡ Ἐριφύλη ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρός ψυχῇ τὸν ἄρμον διεξαμένη. Tum pro πέρα, quod in Plat. est, in edit. Arc. et Od. Ciz. παρὰ legitur, quae facile commu- tari possunt.

διὰ τὰ τοιαῦτα πάλαι ψέγεται, ὅτι ἀνίεται ἐν τῷ τοιούτῳ τὸ ἐπιθυμητικὸν εἰς ἐλευθερίαν πέρα τοῦ δέοντος. καὶ ἡ ἀνθάδεια δὲ καὶ δυσκολία ψέγεται, ὅταν ὁ θυμὸς ἀναρμόστως 9) αὔξηται καὶ συντείνηται. τρυφή δὲ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀνέσει ψέγεται, ὅταν ἐν αὐτῷ δειλίαν ἐμποιῇ. κολακεία δὲ καὶ ἀνελευθερία παρενοχλεῖ 10), ὅταν τις τὸ θυμοειδὲς ὑπὸ τῷ ὀχλώδει θηρίῳ ποιῇ, καὶ ἔνεκα χρημάτων καὶ τῆς ἐκείνου 11) ἀπληστίας προπηλακιζόμενον ἐθίξῃ ἐκ νέου ἀντὶ λέοντος πύθηκον γίνεσθαι. καὶ τᾶλλα δὲ ἀπὸ τούτου δῆλόν ἐστι δεινόν, ὅσα τὸ βέλτιστον ἐν ἡμῖν εἶδος ἀσθενὲς ἀπεργάζεται. μόνως τοίνυν εὐδαιμονήσομεν ὑπὸ τοῦ θείου καὶ φρονίμου ἀρχόμενοι. οὕτω γὰρ εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ἐσόμεθα καὶ φίλοι τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ νόμος, ὅτι τὸ τοιοῦτον βούλεται 12) πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει ξύμμαχος ὢν, καὶ ἡ τῶν παιδῶν ἀρχή, τὸ μὴ εἶναι ἐλευθέρους εἶναι 13), ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐν πόλει πολιτείαν, καταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ, καὶ

9) ἀναρμόστως] E Platone pro ἀνάρμοστος, quod edit. Arc. et Cd. Ciz. habet. Tum pro δειλίαν Cd. Ciz. habet δειλία, et paulo post Arc. edit. κολακία.

10) παρενοχλεῖ] Sic scribendum esse pro παρενοχλεῖ, quod et in Arc. edit. et Cd. Ciz. legitur, docet omnis loci ratio. Addidit autem Iambl. hoc verbum de suo. Ὅταν τις, quod sequitur, pro ταύτης, quod Arcerius dedit, ut in Platone, etiam in Cdd. Ciz. et Par. exstat.

his de causis iam dudum vituperatur, quia in eiusmodi homine, secus ac debet, cupiditates in libertatem vindicantur; item arrogantia et morositas vituperatur, quando ira praeter modum crescit et augetur; nec mollitia in hac remissione non vituperatur, quando ignauiam affert; denique adulatio et illiberalitas molestiam faciunt, quando quis iracundum animali turbido subiicit, et propter opes eiusque auiditatem improbam contumeliis ferendis adsuefacit, vt a prima aetate pro leone fiat simius. Etiam alia mala ex hoc fonte proueniunt, quae optimam nostri partem debilem reddunt. Vnice igitur felices erimus, si a parte diuina et prudente regimur. Ita enim, quantum fieri potest, omnes similes et amici erimus, eidem imperio subiecti. Ostendit vero etiam lex, hunc finem sibi propositum esse, quae omnes in ciuitate tuetur, et imperium, quod in pueros exercetur, quos suo arbitrio viuere non sinimus, dum in iis, vt in ciuitate publicam disciplinam, similem custodem et rectorem consti-

11) ἐκείνου] Sic cum Plat. Cdd. Ciz. et Par. Edit. Arc. habet ἐκείνων. Tum item cum Platone ἐκ νέου Cdd. Ciz. et Par., at Arc. edit. ἐκ νέων. Denique Cd. Ciz. λέγοντος pro λέοντος, idemque κυβερνόμενοι.

12) βούλεται] Sic edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. βουλεύεται.

13) τὸ μὴ εἶναι ἐλευθ. εἶναι] E Platone. In edit. Arc. legitur: τὸ μὴ (in Cd. Par. τὸ μὲν) ἀνελευθέρως εἶναι, in Cd. Ciz. τὸ μὴ ἀνελευθέρως εἶναι.

τότε δὴ ἐλεύθερον ἀφίεμεν. Οὐκοῦν ὁ γε νοῦν ἔχων πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς τοῦτο ¹⁴⁾ ξυντείνας βιώσεται, πρῶτον μὲν μαθήματα τιμῶν, ἃ τοιαύτην αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀπεργάσεται, τὰ δ' ἄλλα ἀτιμάζων· ἔπειτα δὲ ¹⁵⁾ τὴν τοῦ σώματος ἔξιν καὶ τροφήν οὐχ ὅπως τῇ θηριώδει καὶ ἀλόγῳ ἠδονῇ ἐπιτρέψας ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ὑμείαν βλέπων, οὐδὲ τοῦτο πρεσβεύων, ὅπως ἰσχυρὸς ἢ ὑγιής ἢ καλὸς ἔσται, ἐὰν μὴ καὶ σωφρονήσῃν μέλλῃ ἀπ' αὐτῶν· ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἀρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἀρμοττόμενος φανεῖται ¹⁶⁾, ἐάνπερ μέλλῃ τις ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι. Οὐκοῦν καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν χρημάτων ¹⁷⁾ κτήσῃ συνταξιν οὐκ εἰς ἄπειρον αὐξήσει ἀπέραντα κακὰ ἔχων, ἀλλ' ἀποβλέπων ¹⁸⁾ πρὸς τὴν ἐν ἑαυτῷ πολιτείαν καὶ φυλάττων, μὴ τι παρακινῇ αὐτοῦ ¹⁹⁾ τῶν ἐκεῖ διὰ πλῆθος οὐσίας ἢ δι' ὀλιγότητα, οὕτω κυβερνῶν προσθήσει καὶ ἀναλώσει τῆς οὐσίας καθ' ὅσον ἂν οἴος τε.

14) εἰς τοῦτο] Haec verba, quae in Cd. Ciz. desunt, cum Arc. e Platone addidi. Tum in Platone legitur τὰ μαθήματα et αὐτῷ pro αὐτοῦ. In Arc. edit. αὐτῶν — ἀπεργάζεται. Lectio a me recepta invenitur in Cdd. Ciz. et Par.

15) ἔπειτα δὲ] Sic scripsi propter ἔπειτά γ', quod in Platone exstat. In Arc. edit. legitur ἐπὶ et in Cd. Ciz. ἔπειτα sine δέ. De usu particularum οὐχ ὅπως cf. Viger. p. 432, 766 sq. edit. Herm.

16) φανεῖται] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone φαίνεται, quod pendet ex ὅπως. Iamblichus, qui verba ἐάνπερ — μουσικ. εἶναι addiderit, inde a verbis ἀλλ' ἀεὶ non ex reliquis suspendit.

tuerimus: quo facto suo eos demum iure viuere sinimus. Quicumque igitur mente valet, sic viuet, vt omnia sua huc dirigat, qui primum disciplinas suspiciat, quae animum suum talem efficiant, reliqua parui faciat: tum ad corporis habitum et victum non eo studio conuersus viuat, vt voluptati propudiosae rationisque frenis solutae se dedat, at nec bonam valetudinem respiciat, neque huic rei multum tribuat, vt robustus aut sanus aut pulcher sit, nisi inde etiam continentiam consequatur; immo semper operam dabit, vt corporis harmoniam harmoniae animi causa efficiat, si quis reuera musicus esse velit. Quamobrem nec in opibus parandis hoc videbit, vt in infinitum congerat, infinita mala suscipiens, sed ad suam ipsius constitutionem respiciens cauensque, ne quid in animo suo per opum copiam aut paucitatem loco moueatur, hanc rationem tenens tantum opum colliget et consumet, quantum possit. Praeterea in

17) τῶν χρημάτων] Art. τῶν, quem cum Plat. habet Cd. Ciz., deest in Arc. edit.

18) ἀλλ' ἀποβλέπων] Ita Cd. Ciz. cum Platone. In edit. Arc. est ἀλλὰ προσβλέπων, in Cd. Par. ἀλλ' ἂ προσβλέπων. Tum lectionem ἐν ἑαυτῷ (ἐν αὐτῷ) tuentur edit. Arc. et Cd. Ciz., neque bene Scal. coniecit ἐν ἑαυτῷ.

19) παρακινῆ αὐτοῦ] Ex Platone. In Cd. Ciz. παρακινῆ αὐτοῦ, in edit. Arc. παρακινεῖ αὐτοῦ. Tum pro οἷός τε, quod habet edit. Arc. et Cd. Ciz., in Platone est οἷός τ' ἦ, atque ἦ vix abesse posse videtur. Hactenus Plato.

Ἄλλὰ μὲν καὶ τιμᾶς γε ²⁰⁾ εἰς ταυτὸν ἀπο-
 βλέπων τῶν μὲν μεθέξει ἐκῶν, ἅς ἂν οἴηται
 ἀμείνω αὐτὸν ποιήσειν, τὰς δὲ φεύζεται ἰδίᾳ
 καὶ δημοσίᾳ, ἅς ἂν ἠγῆται λύσειν τὴν ὑπάρ-
 χουσαν ἕξιν· καὶ εὐδῆλον, ὅτι ²¹⁾ τῷ παντὶ
 τὰ ἄλλα ἀνταλλάσσεσθαι ἐπιχειρήσει ἐνὸς
 τούτου μόνου, τοῦ φρόνησιν κτήσασθαι, καὶ
 πάντα πράξει δουλεύων τῇ τοῦ νοῦ κτήσει.
 τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ φιλοσοφεῖν·
 ὥστε καὶ κατὰ ταύτην τὴν διαίρεσιν πάντων
 μάλιστα φιλοσοφητέον τοῖς βουλομένοις εὖ
 πράττειν. Εἰς ταυτὸ δὲ φέρει τέλος καὶ ἡ
 τοιαύτη ἔφοδος. πᾶσα φύσις ὥσπερ ἔχουσα
 λόγον οὐδὲν μὲν εἰκῆ ποιεῖ, ἕνεκα δὲ τινος
 πάντα, καὶ μᾶλλον τοῦ ἕνεκά τινος τὸ εἰκῆ
 ἐξορίσασα πεφρόντικεν ²²⁾, ἢπερ αἱ τέχναι,
 ὅτι καὶ φύσεως αἱ τέχναι ἦσαν μιμήματα.
 τοῦ δὲ ἀνθρώπου συνεστῶτος φύσει ἐκ ψυχῆς
 τε καὶ σώματος, βελτίονος δὲ οὔσης τῆς
 ψυχῆς τοῦ σώματος καὶ ἀεὶ τοῦ βελτίονος
 ἕνεκα ὑπηρετουμένου τοῦ χείρονος, καὶ τὸ
 σῶμα τῆς ψυχῆς ἕνεκα εἶναι· τῆς ψυχῆς δὲ
 τὸ μὲν ἦν ἔχον λόγον, τὸ δ' ἄλογον ²³⁾,

20) τιμᾶς γε] Ita recte Cd. Ciz. accusatiuo absoluto. In
 Arc. edit. τιμᾶς τε, in Cd. Par. τιμᾶς γε. Scalig. con-
 iecit τιμῶν τε. Tum post ἀμείνω praeceuntibus Cdd. Ciz.
 et Par., in quibus αὐτὸν legitur, scripsi αὐτὸν pro
 αὐτήν, quod Arc. dedit. Denique recte Arc. legit
 ἠγῆται, et Cd. Ciz. male ἠγεῖται.

21) εὐδῆλον, ὅτι] Sic recte Arcer. edit. pro quo in Cd.
 Ciz. vitiose ἐνὶ δηλονότι legitur. Quod sequitur
 τῷ παντί, quouis modo significans, vt in Polyb. VII,

honoribus idem consilium sequetur; alios lubens suscipiet, quibus se meliorem reddi putauerit, alios et priuatos et publicos fugiet, quibus conditionem praesentem solutum iri iudicauerit. Atque patet, eum reliquis omnibus hoc vnum redempturum esse, vt prudentiam colligat, omniaque facturum, dum menti excolendae inseruiat. Hoc autem nihil aliud est quam philosophari, vt etiam ex hac diuisione omnium maxime philosophandum sit iis, quicunque felices fieri volunt. Ad eundem finem etiam haec via ducit. Omnis natura quasi ratione praedita nihil temere facit, sed omnia propter aliquid, omnique, quod temerarium sit, excluso magis curat, vt omnia propter aliquid agat, quam artes, quia artes sunt naturae imitatrices. Iam quum homo natura constet animo et corpore, animus autem corpore sit melior, semperque propter melius id, quod deterius est, seruiat, etiam corpus apparet animi causa esse. Animi autem altera pars ratione praedita est, altera rationis expers,

7. 8., debetur Cd. Ciz. In Arc. edit. est τῶ πάντα, quod Scal. in οὕτως πάντα mutare voluit.

22) ἐξορίσασα πεφρόντικεν] Verbum φροσίζειν h. l. cum particip. coniunctum est, vt in Demosth. in Mid. c. XXXIII. p. 64. ed. Spald. καὶ οὐδὲν ἐφροσίζειν ἐπιφροσῶν. — Deinceps pro ἤπερ in Cd. Ciz. est ἤπερ.

23) τὸ δ' ἄλογον] Ita Cd. Ciz. Quod Arc. dedit τὸ δ' οὐκ ἔχον, concinnius est.

ὅπερ καὶ χειρόν, ὥστε τὸ ἄλογον ἔνεκα τοῦ λόγον ἔχοντος ²⁴⁾, ἐν δὲ τῷ λόγον ἔχοντι ὁ νοῦς, ὥστε τοῦ νοῦ ἔνεκα ²⁵⁾ πάντα εἶναι ἀναγκάζει ἢ ἀπόδειξις. τοῦ δ' αὖ νοῦ αἰ νοήσεις ἐνέργειαι, ὁράσεις οὐσαι νοητῶν, ὡς τοῦ ὁρατικοῦ ἐνέργεια ὄραν τὰ ὁρατά. νοήσεως οὖν καὶ νοῦ ἔνεκα πάντα αἴρετά τοις ἀνθρώποις; εἶπερ τὰ μὲν ἄλλα τῆς ψυχῆς ἔνεκα αἴρετά, νοῦς δὲ τὸ βέλτιστον τῶν κατὰ ψυχὴν μόνον, τοῦ δὲ βελτίστου τὰ ἄλλα συνέστηκε χάριν. πάλιν δὲ τῶν διανοήσεων ἐλεύθεραι μὲν ἦσαν, ὅσαι δι' αὐτὰς αἴρεται, δούλαις δὲ εἰκνῦναι αἰ τὴν ἄλλην ²⁶⁾ γνῶσιν ἀπερείδουσαι· κρεῖττον δὲ πανταχοῦ τὸ δι' αὐτὸ ²⁷⁾ τοῦ δι' ἄλλο, ὅτι καὶ τὸ ἐλεύθερον τοῦ μὴ τοιούτου. χρωμένων δὲ τῶν πράξεων τῇ διανοίᾳ, κὰν αὐταῖς ²⁸⁾ ὑποβάλλη τὸ συμφέρον καὶ ταύτῃ ἡγήται, ἀλλ' ἔπεται γε ταύταις καὶ δεῖται γε καὶ τοῦ διακονήσοντος

24) λόγον ἔχοντος] Sic recte edit. Arc. pro λόγου ἔχοντος, quod in Cd. Ciz. exstat. Item Arc. edit. paulo post recte λόγον ἔχοντι pro λόγῳ ἔχοντι, quod in Cdd. Ciz. et Par. scriptum est.

25) νοῦ ἔνεκα] Verbum ἔνεκα addidi, quod neque in Arc. edit. neque in Cd. Ciz. apparet, abesse autem non posse iam Vulcan. monuit. Τὸ ὁρατικόν, quod paulo post legitur, significat visum. Tum locum a τοῖς ἀνθρώποις vsque ad αἴρετά, qui deest in Arc. edit., e Cd. Ciz. inserui. Porro pro αἴρεται, quod Cd. Ciz. habet, eum Arc. scripsi αἴρεται.

26) αἰ τὴν ἄλλην] Sic scripsi pro αἰ δ' ἄλλαι τὴν, ut in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur. Nam non mihi probatur ratio Vulcanii coniectantis legendum esse vel αἰ δι' ἄλλο τὴν, vel αἰ δι' ἄλλας τὴν: „ancillis vero

quae et ipsa deterior. Quare id, quod rationis expers est, propter id, quod rationem habet, adest, in ea autem parte, quae ratione gaudet, mens est. Hinc certa demonstratione effectum est, mentis causa omnia esse. A mente contra cogitationes efficiuntur, quibus intelligibilia cernimus, quemadmodum oculorum munus est, adspectabilia cernere. Ergo cogitationis et mentis causa omnia hominibus sunt expetenda, si quidem cetera mentis causa, mensque sola animi facultatum est optima, et optimi causa reliqua sunt constituta. Porro cogitationum aliae sunt liberae, quae per se ipsae expetuntur, aliae seruabus similes, quae reliquam cognitionem suffuleiunt. Praestantius autem ubique est id, quod per se ipsum expetitur, quam quod propter aliud, quoniam etiam liberum praestantius est, quam quod non liberum. Quum igitur actiones cogitatione utantur, licet haec eis subiiciat id, quod utile sit, et hactenus eas regat, attamen has sequitur et opus habet

similes reliquae, quae propter aliud (quam ipsam cognitionem, actionem nempe vel opus) cognitioni incumbunt. “

27) τὸ δι' αὐτὸ κ. τ. λ.] Vitiosa est scriptura edit. Arc. et Cd. Ciz. In illa enim locus ita legitur: τὸ δι' αὐτὸ τοῦ δ' ἄλλο; in hoc ita: τὸ δ' αὐτὸ τοῦ δι' ἄλλο.

28) αὐταῖς] Scil. πράξει. Sic scripsi pro αὐτός, quod legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz. Enunciationis subiectum est διάνοια. Loci sensus est: mens praecipit, quae actiones sint utiles, atque ita actiones gubernat. Paulo ante in Cd. Ciz. legitur recte χωριμένων pro Arceii

σώματος καὶ ἀναπίμπλαται γε καὶ τῆς τύχης (ὑπὲρ ὧν ἀποδίδωσι τὰς πράξεις, ὧν ὁ νοῦς κύριος ²⁹⁾), καὶ διὰ σώματος αἱ πολλαί· ὥστε τῶν διανοήσεων αἱ δι' αὐτὸ ψιλὸν τὸ θεωρεῖν αἴρεται ³⁰⁾ τιμιώτεραι καὶ κρείττους τῶν πρὸς ἄλλα χρησίμων· δι' αὐτὰς δὲ τίμοι αἱ θεωρίαί, καὶ αἰρετὴ ἐν ταύταις τοῦ νοῦ ἡ σοφία· διὰ δὲ πράξεις αἱ κατὰ φρόνησιν, ὥστε ἀγαθὸν καὶ τίμιον ἐν ταῖς κατὰ σοφίαν θεωρίαις, θεωρίας δὲ οὐ δήπου ³¹⁾· πάλιν ταῖς τυχούσαις· οὐ γὰρ πᾶσα ἀπλῶς κατάληψις τίμιον, ἀλλ' ἡ ³²⁾ τοῦ ἀρχοντος σοφοῦ ὄντος καὶ τῆς ἐν τῷ παντὶ ἀρχῆς· αὕτη καὶ σοφία σύνοικος καὶ οἰκείως ἀν' ὑποκείμετο. Αἰσθήσεως μὲν οὖν καὶ νοῦ ἀφαιρεθεῖς ὁ ἄνθρωπος φυτῷ γίγνεται παραπλήσιος, νοῦ δὲ μόνου ἀφηρημένος ἐκθηριοῦται· ἀλογίας δὲ ἀφαιρεθεῖς, μένων δ' ἐν τῷ νῷ ὁμοιω-

χρωμένω. Tum idem Arc. et Cd. Ciz. vitiose legunt ἡγείται pro ἡγήται. Denique verba καὶ δέεται γε, omissa in Arc. edit., e Cd. Ciz. addidi.

29) ὑπὲρ ὧν — κύριος] Haec verba perspicuitatis causa parentheseos signis inclusi, eorumque sensus hic videtur esse: pro quibus utilitatis quidem causa editis actionibus eas assignat et iubet, quas ὁ νοῦς dirigat.

30) αἴρεται] Sic recte Arc. edit. At Cd. Ciz. ἀρεταί. Eadem eorumdem vocabulorum permutatio paulo post occurrit, vbi item edit. Arc. αἰρετή et Cd. Cz. ἀρετή legit. Locus autem, qui sequitur, sic supplendus est: διὰ δὲ πράξεις αἴρεται εἰσι αἱ κατὰ φρόνησιν διανοήσεις.

31) θεωρίας — οὐ δήπου] Sic recte Cdd. Ciz. et Par. In Arc. edit. alterum θεωρίας typographi, vt videtur, culpa excidit.

corporis ministerio: quo fit, vt per has etiam fortuna repleatur, (pro quibus actiones reddit, quarum mens est domina) et pleraeque corporis auxilio efficiuntur: vnde sequitur, ex cogitationibus eas, quae propter meram contemplationem eligantur, praestantiores et meliores esse iis, quae ad alia prosint. Propter se ipsas autem praestantia insignes sunt contemplationes, atque in his expetenda est mentis sapientia: propter actiones autem expetuntur cogitationes, quae ad prudentiam pertinent. Hinc intelligitur, bonum quod sit et sua praestantia valens, inesse in sapientiae contemplationibus, nequaquam autem in contemplationibus quibusuis. Neque enim simpliciter quaeuis notio praestantia insignis est, sed quae proficiscatur ab eo, quod sapiens est, quaeque et ipsa cum vniuersi gubernatione et sapientia conspiret, proprieque subiecta sit. Atque sensu quidem ac mente priuatus homo plantae similis fit, mente autem sola detracta brutum; rationis vero demto defectu et mente relicta si-

32) ἀλλ' ἤ] In edit. Arc. ἀλλὰ ἤ, in Cd. Ciz. ἄλλη. In iis, quae proxime sequuntur, post ἀρχῆς colon posui et pro σοφίας, quod Arc. dedit, duce Cd. Ciz. σοφία praebente σοφία scripsi, quum σύννομος non genitiuo iungatur. Omni autem loco nondum satis expedito haec sententia videtur subiecta esse: Ea sola comprehensio seu notio dignitate valet, quae sit principis eiusdemque sapientis, et quae cum vniuersi gubernatione congruat: haec enim et sapientiae cognata est et

ται 33) θεῶ. καταργητέου οὖν εἰς δυνάμει
 τῆς τε ἀλογίας τὰ πάθη, ταῖς δὲ τοῦ νοῦ
 καθαφαῖς ἐνεργείαις καὶ εἰς ἑαυτὸν καὶ πρὸ
 θεῖον ἀφορώσαις χρηστέον, καὶ ταῖς διεξόδοις
 τοῦ νοῦ ζῆν μελετητέον, πᾶν τὸ τῆς προσ-
 εχῆς ὄμμα καὶ τὸν ἔρωτα πρὸς τοῦτον 34)
 συνάπαντα, οὐ γὰρ δὴ τὰ περὶ τὸν θεὸν
 καὶ τὰ θεῖα θεωρητέον τῶν πράξεων ἕνεκα,
 οὐ γὰρ φασι θεμιτὸν εἶναι χραίνεσθαι τὴν θέαν
 τοῦ θεοῦ καταδουλούμενον τῷ τοῦ χρησίμου
 ἀνθρώποις ἀναγκάει, οὐδ' ὅλως τὸν νοῦν
 κατασπᾶσασθαι 35) τὰς χρείας εἰκὸς πρὸς
 ταύτας, μόνος δὲ 36) πασῶν τῶν ἄλλων, ἃς
 ἔχομεν, ἐπὶ τύχης δυνάμεων. ἔμπαλιν δὲ καὶ
 τὰς πράξεις καὶ πάντα τὰ 37) ἄλλα πρὸς νοῦν
 καὶ τὸν θεὸν συντακτέον, καὶ ἀπὸ τούτου
 καὶ τῶν κατὰ μέρος καθηκόντων τὸ ἀλόγι-
 ατον ἀναμετρητέον. δικαία τε γὰρ καὶ κατὰ
 ἀξίαν ἢ κρίσις καὶ μόνη πασῶν ἰκανὴ τῆν

ea vi valet, vt re exprimat (dass ihr Objectivität zu-
 kommt).

33) ὁμοιοῦται] Ita edit. Arc. In Cd. Ciz. vitiose
 ὁμολογοῦται. Tum τε ante ἀλογίας, quod in Arc. edit.
 deest, e Cd. Ciz. addidi. Vocabulum διεξοδος, discursus
 Erkenntniss, hoc sensu occurrit etiam in Clem.
 Alex. Str. IV, 25. quem locum citavit Creuzer in l. l.
 p. 96.

34) πρὸς τοῦτον] Sc. νοῦν, ita Cd. Ciz. In Arc. edit.
 πρὸς τοῦτο, non male, estque referendum ad ζῆν ταῖς
 διεξόδοις τοῦ νοῦ. Tum pro συνάπαντα, quod cum Arc.
 etiam Cd. Ciz. tuetur, equidem malim συνάπαντας.
 Deinde post περὶ art. τόν, qui non legitur in Arc. edit.,
 e Cd. Ciz. addidi.

milibi deo redditur. Negligendae igitur sunt, quantum fieri potest, affectiones ex rationis inopia, et utendum puris mentis ad se ipsam et diuinum spectantibus functionibus, operaque danda est, ut ad mentis notiones viuamus, ad hanc omnem attentionem et amorem conuertentes. Neque enim numen et diuinum actionum causa contemplandum est. Nam nefas esse aiunt, inquinari diuini aspectum ab iis, qui constricti teneantur necessitate eorum, quae hominibus sint utilia. Neque omnino decet, mentem ad has necessitates detrahi. Nimirum mens sola ex omnibus facultatibus, quas habemus, superior est fortuna. Contra actiones et omnia reliqua ad mentem et deum sunt referenda, et ab hoc singulisque iis, quae decent, inconsiderantia est metienda. Iustum enim et pro dignitate factum iudicium solum valet ad veram homi-

35) κατασπασθεῖν] Ita scripsi pro ἀσπαστέον διά, quod et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. legitur, neque intelligi potest. Vulcan. coniecit ἀντισπαστέον, vel ἀντιπερσπαστέον, sibi ipse non satisfaciens. Si quis sit, cui verba ἀσπαστέον διά sana videantur, ei videndum erit, quid verbis εἰκός πρὸς faciat. Corruptum esse locum, patet, non item, qua certa ratione sit corrigendus.

36) μόνος δὴ] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. pro δὴ legitur δέ. Scaliger coniecit μονὰς δέ, at monadi quidem hic locus non est; neque probo Arcerium, qui pro ἐπι τύχης legi iubet ἐπι ψυχῆς. Locus integer est, et εἶναι ἐπι τύχης significat fortuna esse superiorem.

37) πάντα τὰ] Art. τὰ, qui deest in Arc. edit., legitur in Cd. Ciz. — In Vit. Pyth. p. 72. ὁ βίος ἅπας συντάσσεται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ.

ἀληθινὴν ἀνθρώποις εὐδαιμονίαν παρασκευάζειν. ὧ γὰρ τῶν ἄλλων διαφέρομεν ζώων, ἐν μόνῳ δὴ τούτῳ τῷ βίῳ διαλάμπει, ὧ οὐκ ἦν τι τυχόν καὶ οὐ μεγάλην ἔχον ἀξίαν. λόγου μὲν γὰρ καὶ φρονήσεως μικρά τινα καὶ ἐν ἐκείνοις αἰθύγματα 38), σοφίας δὲ θεωρητικῆς ταῦτα μὲν παντελῶς ἄμοιρα, μόνους δὲ μέτεστι θεοῖς: ὡς αἰσθήσεαι γε καὶ ὄρμαῖς πολλῶν ἤδη ζώων τῆς ἀκριβείας καὶ τῆς ἰσχύος λείπεται ἄνθρωπος, καὶ μόνον τοῦτο τὸ 39) ὄντως ἀγαθὸν ἀναφαίρετον, ὃ δὴ περιέχειν συγχωροῦσι τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἔννοιαν, οὐδαμῶς μὲν τοῖς τυχηροῖς ὑποτάττοντος ἑαυτὸν κατὰ τοῦτον τὸν βίον τοῦ σπουδαίου, ἀπὸ δὲ τῶν ὑποχειρίων τῇ τύχῃ μάλιστα δὴ πάντων ἑαυτὸν ἐλευθερώσαντος. διὸ καὶ τὸ θαρρόεν ἐξ ὅλης τῆς γνώμης ἐν τούτῳ διατελοῦντα 40) ἔνεστι τῷ βίῳ. τίνος γὰρ τίς αὐτὸν ἀφαιρήσεται τὸν πάλαι τῶν ἀφαιρεθῆναι οἶον τε 41) ἑαυτὸν ἀλλοτριώ-

38) αἰθύγματα] Ita in edit. Arc. et Cdd. Ciz. atque Par., sed in huius margine scriptum est: ἰσως ἐπιγύματα.

39) τοῦτο τὸ] Addidi τὸ, quod neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. legitur. Tum recte Cd. Ciz. περιέχειν, quemadmodum iam Vulcan. correxit περιέχει, quod in edit. Arc. legitur; ex eadem tamen edit. retinui δὴ pro δέ, quod Cd. Ciz. praebet. Caeterum fallitur Vulcanius, quum dicit τοῦτο nihil in proximo habere, quo referatur; at propter istas enallagas similiaque alia quaedam ab Eunapio hunc auctorem dici videri Ἐρμαίκαῖς οὐ τεθνήσκαι χάρισιν: huiusmodi enim subinde eius orationem esse. At τοῦτο refertur ad ea quae

nibus felicitatem comparandam. Quo enim ceteris animantibus praestamus, id in hac sola vita elucet, in qua nihil sit fortuitum, quodque non magnam dignitatem habeat. Nam rationis et prudentiae paruae quaedam scintillae etiam in illis insunt, sapientiae autem, quae in contemplando versatur, hae prorsus sunt expertes, quae in solis diis reperitur; nam sensuum quidem virtute viriumque robore a multis animalibus homo superatur, atque illud tantummodo bonum verum eripi non potest, quod boni ideam continere concedunt, quum probus homo per hanc vitam rebus fortuitis nequaquam se subiiciat, potius ab iis, quae fortunae parent, omnium maxime se vindicet in libertatem. Quare etiam haec vita efficit, ut semper et ubique bono animo simus. Quo enim quis eum priuabit, qui dudum ab iis, quae eripi possunt, se

sequuntur: ὁ δὴ περιέχειν κ. τ. λ. auctorque dicit, illud solum reuera esse bonum neque eripi posse, quod contineat puram boni notionem. De vi vocabuli σπουδαίος cf. *Creuzer in Stud.* p. 63.

40) διατελοῦντα] Scaliger sine causa hoc verbo, quod edit. Arc. et Cd. Ciz. tuentur, offensus infelici coniectura διαθλοῦντα scribere voluit. In proximis προτινάς γὰρ τις, ut in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur, scripsi τίνος γὰρ τις, atque ex Arc. pro ἀφαιρέθησεται, quod praebet Cd. Ciz., ἀφαιρήσεται retinui.

41) οἶων τε] E Cd. Par., nam Arc. habet οἶον τε, et Cd. Ciz. οἶων ται. Paulo post scripsi ἀπὸ τῶν αὐτοῦ. In edit. Arc. est ἐπὶ τῶν αὐτοῦ et in Cd. Ciz. ἀπὸ τῶν αὐτοῦ.

παντα, ἔχοντα δὲ τὸν ὄντως ἑαυτὸν καὶ ζῶντα ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τρεφόμενον ἀπὸ τῶν αὐτοῦ καὶ τῆς ἀμετρήτου, ἧ συνῆπται ⁴²⁾ θεῶ, εὐζωίας; τοιαῦται μὲν οὖν ἡμῖν ἑστῶσαν αἰ πρὸς τὴν τελειοτάτην σοφίαν πυθαγορικῶς παρακλήσεις.

Κ Ε Φ ζ.

Ἐπεὶ δὲ ἀνθρώποις διαλεγόμεθα ¹⁾, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς τὴν θείαν μοῖραν τῆς ζωῆς πρόχειρον ἔχουσι, δεῖ συμμιγνύναι ταῖς τοιαύταις παρακλήσεσιν τὰς πρὸς τὸν πολιτικὸν βίον καὶ πρακτικὸν προτροπὰς. ὧδε οὖν λέγομεν· τὰ ὑποκείμενα πρὸς τὸν βίον ἡμῖν, οἷον τὸ σῶμα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα ²⁾, καθάπερ ὄργανά τινα ὑπόκειται. τούτων δ' ἐπικίνδυνός ἐστιν ἡ χρεῖσις, καὶ πλέον θάτερον ἀπεργάζεται ³⁾ τοῖς μὴ δεόντως αὐτοῖς χρωμένοις. δεῖ τοίνυν ὀρέγεσθαι τῆς ἐπιστήμης κτᾶσθαι τε αὐτὴν καὶ χρῆσθαι αὐτῇ ⁴⁾ προσηκόντως, δεῖ ἧς πάντα ταῦτα εὖ θησόμεθα. φιλοσοφη-

42) ἧ συνῆπται] Scripsi ἧ, quod referendum ad εὐζωίας, pro ᾧ, quod cum Arc. etiam Cd. Ciz. habet. Pro θεῶ, quod est in edit. Arc., Cdd. Ciz. et Par. legunt θεοῦ. Pro τοιαῦται, quod reposui, in edit. Arc. et Cd. Ciz. est τοιαῦτα, idemque verbum in Cd. Par. noui capituli initium facit, codice Ciz. cum Arc. consentiente.

1) ἀνθρώποις διαλεγόμεθα] Pro διαλεγόμεθα, quod est in edit. Arc., in Cd. Ciz. legitur διαλεγώμεθα, et pro ἀνθρώποις in edit. Arc. ἀνθρώποι, quod iam Vule. correxit. Deinde τὰς πρὸς τὸν πολιτ. praebent Cdd. Ciz. et Par. pro ταῖς, quod Argerius in textu dedit, licet in τὰς mutandum esse viderit.

exiit, tenetque se ipsum et vivit in suis et alitur a suis et infinita, qua cum deo coniunctus est, beatitudine? Hae igitur sunt pythagoricae ad perfectissimam sapientiam cohortationes.

C A P. VII.

Quoniam autem cum hominibus loquimur, at nondum diuinam vitae particulam promptam habentibus, decet his cohortationibus admiscere excitationes ad vitam civilem et in agendo versantem. Qua de re haec dicimus. Quae nobis data sunt velut materia ad vitam, vt corpus et quae ad corpus pertinent, ea quasi pro instrumentis data sunt. Horum autem vsus periculosus est, illis, qui non recte vtuntur, multum afferens damni. Quamobrem scientia est appetenda, comparanda recteque adhibenda, qua instructi his omnibus bene vtamur. Philosophandum

2) τὰ περὶ τὸ σῶμα] Art. τὰ, qui neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. comparet, aequè hic addidi, atque antea in τὸ σῶμα pro σῶμα, vt legebatur.

3) πλεον δάτερον ἀπεργάζεται] *damnum adfert*; de hac locutione cf. Wyttenbach. ad Platon. Phaed. p. 321.

4) αὐτῇ] Ita recte edit. Arc., in Cd. Ciz. αὐτῆν. Paulo post θησόμεθα, *collocabimus*, e Cd. Ciz. scripsi προθησόμεθα, quod edit. Arc. habet. Tum πολιτεύεσθαι pro πολιτεύασθαι, quae est lectio edit. Arc. et Cd. Ciz., et πολιτεύεσθαι, quod habet Cd. Par.

τέον ἄρα ἡμῖν, εἰ μέλλομεν ὀρθῶς πολιτεύ-
 σεσθαι καὶ τὸν ἑαυτῶν βίον διάξειν ὠφελί-
 μως. Ἐτι τοίνυν ἄλλαι μὲν εἰσιν αἱ ποιοῦσαι
 ἕκαστον τῶν ἐν τῷ βίῳ πλεονεκτημάτων ἐπι-
 στήμαι, ἄλλαι δὲ αἱ χρώμεναι τούτοις 5),
 καὶ ἄλλαι μὲν αἱ ὑπηρετοῦσαι, ἕτεραι δὲ αἱ
 ἐπιτάττουσαι 6), ἐν αἷς ἐστὶν ὡσαν ἡγεμονικα-
 τέραις ὑπαρχούσαις τὸ κυρίως ὄν ἀγαθόν. εἰ
 τοίνυν μόνη ἢ τοῦ κρίνειν ἔχουσα τὴν ὀρθό-
 τητα καὶ ἢ τῷ λόγῳ χρωμένη καὶ ἢ τὸ ὅλον
 ἀγαθὸν θεωροῦσα, ἣτις ἐστὶ φιλοσοφία,
 χρῆσθαι πᾶσι καὶ ἐπιτάττειν κατὰ φύσιν
 δύναται, φιλοσοφητέον ἐκ παντὸς τρόπου,
 ὡς μόνης τῆς φιλοσοφίας τὴν ὀρθὴν κρίσιν
 καὶ τὴν ἀναμάρτητον ἐπιτακτικὴν φρόνησιν
 ἐν ἑαυτῇ περιεχοῦσης 7). Ἐτι τοίνυν ἐπεὶ
 τὰ 8) δυνατὰ καὶ ὠφέλιμα πάντες αἰρούμεθα,
 παραδεικτέον, ὡς τὸ φιλοσοφεῖν ἀμφότερα
 ταῦτα ὑπάρχει καὶ ὅτι τὴν χαλεπότητα τῆς
 κτήσεως ὑποδεεστέραν ἔχει τοῦ μεγέθους τῆς
 ὠφελείας· τὰ γὰρ ἴα πάντες ἡδίων πονοῦμεν.
 ὅτι μὲν οὖν τὰς περὶ τῶν δικαίων καὶ τῶν
 συμφερόντων, ἔτι δὲ περὶ φύσεώς τε καὶ τῆς

5) τούτοις] Sic scripsi pro ταύταις, quod exstat in edit. Arc. et Cd. Ciz.; nam pronomen rectius ad πλεονεκτη-
 ματα, quam ad ἐπιτήμας refertur, sensusque loci est:
 aliae doctrinae docent, quomoda istis commodis sit
 utendum.

6) αἱ ἐπιτάττουσαι] Art. αἱ, qui deest in edit. Arc.,
 e Cdd. Ciz. et Par. recepi. Paulo post pro διαιροῦσα,
 quod habet edit. Arc., e Cd. Ciz. dedi θεωροῦσα.

igitur nobis est, si bene versari in republica vitamque vtiliter transigere volumus. Praeterea aliae sunt doctrinae, quae singula vitae commoda efficiunt, aliae, quae his vtuntur, atque aliae, quae seruiunt, aliae, quae imperant, in quibus tanquam palmaribus id, quod proprie bonum est, cernitur. Quod si ea sola scientia, quae recte iudicandi facultatem habet, et ratione vtitur atque bonum vniuersum contemplatur, quae est philosophia, omnibus recte vti et ad naturam imperare potest, omni modo philosophandum est, quum sola philosophia rectum iudicium et prudentiam, quae non fallitur atque imperat, in se contineat. Praeterea quum possibilia et vtilia omnes eligamus, demonstrandum est, in philosophando haec vtraque inesse, et difficultatem ad philosophandi facultatem perueniendi minorem esse, quam vtilitatis eius magnitudinem. Nam in facillioribus omnes lubentius elaboramus. Atque eorum, quae iusta sint et vtilia, nec non naturae ceteraeque veritatis scientiam, nos

7) προχειρονης] Ita cum edit. Arc. Cd. Ciz.; sed Cd. Pat. προχειρονης, in cuius tamen margine — σης additum.

8) ἐπει τὰ] Sic pro ἔπειτα, quod Arc. habet, legendum esse, vidit Scal. idque Cd. Ciz. confirmat. Paulo post pro τὸ φιλοσοφῆν Müellerus conicit: ἐν τῷ φιλοσοφῆν, probabiliter.

ἄλλης ἀληθείας ἐπιστήμας δυνατοὶ 9) λαβεῖν
 ἔσμεν, ῥᾶδιον ἐπιδειξαι. ἀεὶ γὰρ γνωριμώ-
 τερα τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων καὶ τὰ βελτίω
 τὴν φύσιν τῶν χειρόνων. τῶν γὰρ ὠρισμένων
 καὶ τεταγμένων ἐπιστήμη μᾶλλον ἔστιν, ἢ
 τῶν ἐναντίων 10), ἔτι δὲ τῶν αἰτίων, ἢ τῶν
 ἀποβαινόντων. ἔστι δ' ὠρισμένα καὶ τετα-
 γμένα τάγαθὰ τῶν κακῶν μᾶλλον, ὡς περ
 ἄνθρωπος ἐπεικῆς ἀνθρώπου φαύλου· τὴν
 αὐτὴν γὰρ ἔχειν ἀναγκαῖον αὐτὰ πρὸς ἀλλήλας
 διαφορὰν. αἰτία τε μᾶλλον τὰ πρότερα τῶν
 ὑστέρων· ἐκείνων γὰρ ἀναιρουμένων ἀναιρεῖ-
 ται τὰ τὴν οὐσίαν ἐξ ἐκείνων ἔχοντα, μήκη
 μὲν ἀριθμῶν, ἐπίπεδα δὲ μηκῶν, στερεὰ
 δὲ ἐπιπέδων, στοιχεῖα δὲ τῶν ὀνομαζομένων
 συλλαβῶν 11). ὥστε εἶπερ ψυχὴ μὲν σώματος
 ἄμεινον (ἀρχικώτερον γὰρ τὴν φύσιν ἔστι),
 περὶ δὲ τὸ σῶμα τέχναι καὶ φρονήσεις εἰσὶν
 ἰατρικὴ τε καὶ γυμναστικὴ (ταύτας γὰρ
 ἡμεῖς ἐπιστήμας τίθεμεν καὶ κεκτῆσθαι τινὰς

9) δυνατοὶ] Ita Cd. Ciz. In edit. Arc. δυνατόν, quod iam
 Vulcan. emendavit.

10) ἔστιν, ἢ τῶν ἐναντ. — μᾶλλον] Haec verba in edit.
 Arc. omissa, sed ad sententiae integritatem necessaria,
 e Cdd. Ciz. et Par. addidi. Quae sequuntur verba
 ὡς περ ἄνθρωπος ἐπεικῆς ἀνθρώπου φαύλου, male sic in-
 tellexit Vulcanius: quemadmodum probus homo potius
 est putandus, quam pravius; quum locus ita sit sup-
 plendus: ὡς περ ἄνθρωπος ἐπεικῆς ἀνθρώπου φαύλου
 ὠρισμένος καὶ τεταγμένος μᾶλλον. Paulo post pro
 διαφορὰν, quae est scriptura Cd. Ciz. et edit. Arc.,
 recte Scal. emendavit διαφορῶν, idque Cd. Par. con-

consequi posse, hoc facile est ad demonstrandum. Semper enim priora sunt magis perspicua, quam posteriora, et natura meliora magis, quam deteriora. Nam definitorum et ordinatorum magis est scientia, quam contrariorum, praeterea causarum magis, quam effectuum. Sunt autem bona, quam mala, magis definita et ordinata, ut homo probus magis, quam improbus, (nam necesse est, ut haec eadem ratione inter se differant:) multoque magis etiam priora, quam posteriora. Nam si illa tolluntur, tolluntur etiam ea, quorum natura ex illis suspensa est. Extensiones quidem tolluntur, sublatis numeris, plana, extensiones si demas, corpora, si plana, elementa, si detrahas complexiones quae dicuntur. Ergo, si quidem animus est corpore melior, (nam a natura magis ad imperandum factus est) circa corpus autem artes quaedam et meditationes versantur, ars medica et gymnastica, quas scientias esse ponimus et

firmat, in cuius tamen margine vitiosum *διαφορὰν* adpictum est.

11) τῶν — συλλαβῶν] Vocab. *συλλαβαί* hoc loco non significare potest syllabas; nam ita dicendum erat *συλλαβαί δὲ τῶν ὀνομαζομένων στοιχείων*. Potius *συλλαβαί* sunt comprehensionses, complexiones, id quod *συστολαί*, atque nescio, an in Iamblichō recte *συστολῶν* restitueris; nam, ut Plut. de phil. decr. lib. I. c. 2. p. 47 ed. Beck. *τὰ στοιχεῖα ἴστω σὺνθετα*, fuitque Pythagoreorum opinio, elementa nata esse e solidis; cf. Meiners *Gesch. d. Wiss.* T. I. p. 524. et locus Diog. Laert. VIII, 25 sqq. a Meinersio laudatus.

αὐτάς φαμεν)· δῆλον, ὅτι καὶ περὶ ψυχὴν καὶ τὰς ψυχικὰς ἀρετὰς ἐστὶ τις ἐπιμέλεια καὶ τέχνη, καὶ δυνατοὶ λαβεῖν αὐτὴν ἐσμεν, εἴπερ γε καὶ τῶν μετ' ἀγνοίας πλείονος καὶ γνῶναι χαλεπωτέρων. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν περὶ φύσεως· πολὺ γὰρ πρότερον ἀναγκαῖον τῶν αἰτίων καὶ τῶν στοιχείων εἶναι φρόνησιν, ἢ τῶν ὑστέρων· οὐ γὰρ ταῦτα τῶν ἄκρων ¹²⁾, οὐδ' ἐκ τούτων τὰ πρῶτα πέφυκεν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνων καὶ δι' ἐκείνων τ' ἄλλα γίνεταί ¹³⁾ καὶ συνίσταται φανερώς. εἴτε γὰρ πῦρ, εἴτε αἴθρ, εἴτε ἀριθμὸς, εἴτε ἄλλαι τινὲς φύσεις αἰτίαι καὶ πρῶται τῶν ἄλλων, ἀδύνατον τῶν ἄλλων τι γινώσκειν ἐκείνας ἀγνοοῦντας. πῶς γὰρ ἂν τις ἢ λόγον γνωρίζοι συλλαβὰς ἀγνοῶν, ἢ ταύτας ἐπίσταιτο μηδὲν τῶν στοιχείων εἰδώς; ὅτι μὲν οὖν τῆς ἀληθείας καὶ τῆς περὶ ψυχὴν ἀρετῆς ἐστὶν ἐπιστήμη καὶ διότι δυνατοὶ λαβεῖν αὐτάς ἐσμεν, ταῦτα ἡμῖν εἰρήσθω περὶ αὐτῶν· ὅτι δὲ μέγιστον ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ πάντων ὠφελιμώτατον τῶν ἄλλων, ἐκ τῶνδε δῆλον. πάντες γὰρ ὁμολογοῦμεν, ὅτι δεῖ μὲν τὸν σπουδαιότατον ἄρχειν καὶ τὸν τὴν φύσιν κράτιστον, τὸν δὲ νόμον ἄρχοντα καὶ κύριον εἶναι μόνον· οὗτος δὲ φρόνησις τις καὶ λόγος ἀπὸ φρονή-

12) τῶν ἄκρων] Vulcanius hunc locum mire sic vertit: non enim haec ex numero eorum, quae finita sunt, existunt. Pro ἄκρων forsitan legendum est ἀρχῶν: τὰ ὑστερα non sunt e numero principiorum.

comparari a quibusdam affirmamus: apertum est, esse etiam, quae circa animum eiusque virtutes versetur, curam et artem quandam, quam nos consequi possimus, si quidem et earum rerum, in quibus regnet maior ignorantia, quaeque ad cognoscendum sint difficiliore. Idem valet de rebus naturalibus. Nam necessarium est, ut multo prius scientia comprehendantur causae et elementa, quam quae his efficiuntur. Non enim haec sunt e numero principiorum, neque ex his prima nascuntur, sed ex illis et per illa reliqua aperte existunt et conflantur. Siue enim ignis, siue aer, siue numerus, siue aliae quaedam naturae causae sint et principia reliquorum, fieri non potest, ut illis ignoratis quicquam reliquorum intelligamus. Quomodo enim quis aut orationem intelligat syllabas ignorans, aut has sciat elementorum ignarus? Esse igitur veritatis et animi virtutis scientiam, nosque eam consequi posse, de hoc argumento haec a nobis dicta sunt. Sed eam esse bonorum summum omniumque utilissimum, hoc inde patet. Omnes enim concedimus, oportere probissimum et natura optimum imperare, solamque legem esse principem et dominam. Lex autem est pru-

13) γίγνεται] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., sed Cd. Par. γίγνεται. Paulo post pro καὶ ante πρώται legere malim αὐ; nam articulo hic locus est.

θεαίς ἐστίν· ἔτι δὲ τίς ¹⁴⁾ ἡμῶν κανών, ἢ τις ὄρος ἀκριβέστερος τῶν ἀγαθῶν, ἢ πλὴν ὁ φρόνιμος; ὅσα γὰρ ἂν οὗτος ἔχοιτο κατὰ τὴν ἐπιστήμην αἰρούμενος, ταῦτ' ἐστὶν ἀγαθὰ· καὶ κακὰ δὲ τὰ ἐναντία τούτοις· ἐπεὶ δὲ πάντες αἰροῦνται μάλιστα τὰ κατὰ τὰς οἰκείας ἕξεις, τὸ μὲν γὰρ δικαίως ζῆν ὁ δίκαιος, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀνδρείαν ὁ τὴν ἀνδρείαν ¹⁵⁾ ἔχων, ὁ δὲ σώφρων τὸ σωφρονεῖν ὁμοίως δῆλον, ὅτι καὶ τὸ φρονεῖν ὁ φρόνιμος αἰρήσεται πάντων μάλιστα (τοῦτο γὰρ ἔργον ταύτης τῆς δυνάμεως) ὥστε φανερόν, ὅτι κατὰ τὴν κυριωτάτην κρίσιν ¹⁶⁾ κράτεσσόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἢ φρόνησις, οὐ δεῖ δὲ φεῖγναι φιλοσοφίαν, οὐδέ τι ἢ μὲν φιλοσοφία, κατὰπερ οἰόμεθα, κτησίς τε καὶ χρῆσις σοφίας, ἢ δὲ σοφία τῶν μεγίστων ἀγαθῶν· οὐδὲ δεῖ χρημάτων ἕνεκα πλεῖν ἐπιφρονεῖν Ἡρακλέους στήλας καὶ πολλίικας κωνδυλεύων· διὰ δὲ φρόνησιν μηδὲν πονεῖν ¹⁷⁾, μηδὲ δαπανεῖν. ἢ μὴν ἀνδραποδῶδες γε τοῦ ζῆν, ἀλλὰ μὴ τοῦ ζῆν εὖ ¹⁸⁾ γλίχασθαι, καὶ ταῖς

14) ἔτι δὲ τίς] Ita Cdd. Ciz. et Par., nisi quod τις accentu caret. Arcerius dedit ἔστι δὲ τις, et deinde ἢ τις ὄρος, unde locus sic constitui possit: ἔστι δὲ τις ἡμῶν κανών, ἢ τις ὄρος κ. τ. λ. estne vero nobis bonorum regula exactior, quam homo prudens? Perperam Vulcanius locum sic interpretatus est: estne vero regula ulla aut determinatio quaequam, qualem exactius dignoscere queamus, quam vir prudens est?

15) ὁ τὴν ἀνδρείαν] Haec verba, in Cd. Ciz. omitta, ex edit. Arc. recepi. In Cd. Par. haec desunt: ὁ τὴν ἀνδρείαν ἔχων. Paulo post pro πάντων, quod in edit.

dentia quaedam et oratio a prudentia pro-
fecta. Iam quis nobis canon, quis finitor
eorum, quae bona sint, accuratior esse possit,
quam homo prudens? Quaecunque enim hic
scientia duce elegerit, haec bona sunt, et his
contraria mala. Quoniam autem omnes
maxime ea eligunt, quae affectionibus ipso-
rum conueniant; quum iustam vitam eligat
iustus, fortitudinem fortis, modestiam mo-
destus; similiter patet, prudentem omnium
maxime prudentiam esse electurum. Haec
enim huius facultatis proprium opus est.
Quamobrem apertum est, secundum firmissi-
mum iudicium bonorum praestantissimum
esse prudentiam. Ergo non fugienda est
philosophia, si quidem est philosophia, ut
opinamur, sapientiae, sapientia autem maxi-
morum bonorum possessio et usus. Neque
decet opum causa nauigare ad Herculis co-
lumnas saepeque pericula adire, propter pru-
dentiam autem nihil laboris suscipere, nihil-
que sumtus facere. Profecto seruilis ingenii
est, viuendi, at non bene viuendi, cupidum

Arc. et Cd. Ciz. recte legitur, in Cd. Par. scriptum est
πάντως.

16) κρίσιν] Hoc vocabulum, quod in Arc. edit. deest,
e Cd. Ciz. addidi. Paulo post pro δεῖ δὴ, ut legitur in
Cd. Ciz., in edit. Arc. haec verba inuerso ordine
δὴ δεῖ leguntur.

17) ποιεῖν] Hoc e Cd. Ciz. pro ποιῆν, quod habet Arce-
rius, recepi. Facile haec verba confundi possunt, et
recte ποιῆν et διπλῶν coniunguntur.

18) τοῦ ἑνὸς] Sic recte Cdd. Ciz. et Par., et edit. Arc.

τῶν πολλῶν αὐτὸν ἀκολουθεῖν δόξαις, ἀλλὰ μὴ τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦν ταῖς αὐτοῦ, καὶ τὰ μὲν χρήματα ζητεῖν, τῶν δὲ καλῶν μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιῆσθαι τοπαράπαν. καὶ περὶ μὲν ὠφελείας καὶ μεγέθους τοῦ πράγματος ¹⁹⁾ ἱκανῶς ἀποδεδείχθαι· διότι δὲ πολλῶ ῥάστη τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἢ κτήσις αὐτῆς, ἐκ τῶνδε πεισθεῖη τις ἄν. τὸ γὰρ οὐ μισθοῦ ²⁰⁾ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ²¹⁾ γιγνομένου τοῖς φιλοσοφοῦσι, δι' ὃν συντόνως οὕτως ἄν διαπονήσειαν, πολὺ τε προεμένοις εἰς τὰς ἄλλας τέχνας, ὅμως ἐξ ὀλίγου χρόνου θέοντας παρεληλυθέναι ταῖς ἀκριβείαις, σημειῶν μοι δοκεῖ τῆς περὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι ῥηστώνης· ἔτι δὲ τὸ πάντας ²²⁾ φιλοχωρεῖν ἐπ' αὐτῇ καὶ βούλεσθαι σχολάζειν ἀφεμένους τῶν ἄλλων ἀπάντων, οὐ μικρὸν τεκμήριον, ὅτι μετ' ἡδονῆς ἢ προσεδρία γίνεται· πονεῖν γὰρ οὐδεὶς ἐθέλει πολὺν χρόνον. πρὸς δὲ τούτοις ἡ χρῆσις πλεῖστον διαφέρει πάντων· οὐδὲ γὰρ

τὸ ζῆν εἶ. Paulo post scripsi ἀξιοῦν ταῖς αὐτοῦ duce Cd. Par., in quo est ἀξιοῦν ταῖς αὐτοῦ. In edit. Arc. et Cd. Ciz. est ἀξιοῦτες pro ἀξιοῦν ταῖς.

19) μεγέθους τοῦ πράγματος] Sic Cd. Ciz., nisi quod μεγέθος (sic!). In edit. Arc. legitur μεγέθους πράγματος.

20) οὐ μισθοῦ] Sic scripsi pro eo, quod in Cdd. Ciz. et Par. legitur τε μισθοῦ, et in Arc. edit. τῆ μισθοῦ. Veram loci vim etiam Vulcan. assecutus est, tantum in eo falsus, quod μή, non οὐ scripsit. Vertit autem ita: quod enim, licet praemia nulla, ob quae continuos quis labores sumere velit, ab hominibus iis, qui philosophiae studiis animum appellant, constituta sunt, unde et magnam temporis partem aliis artibus impendere neces-

esse, atque vulgi opiniones ipsum sequi, at nolle, vulgus sequi easdem, opes quaerere, eorum autem, quae pulcra sunt, nullam prorsus curam agere. Atque sic vtilitatem rei que magnitudinem satis demonstratam existimo. Philosophiam autem longe faciliorem, quam reliqua bona, esse ad comparandum, ex his doceri potest. Nam quum nihil ab hominibus praemii philosophantibus sit propositum, quo incitati contento studio in hanc rem incumbant, quumque multum operae in ceteras artes impendant, et tamen breui tempore ad philosophandi subtilitatem peruentiant: hoc mihi argumento esse videtur, philosophandi facultatem facile comparari. Iam vero quod omnes libenter sese ad hoc studium applicant, in eoque versari volunt, relictis aliis omnibus, id non leue est argumentum, hanc assiduitatem cum voluptate esse coniunctam. Nemo enim diu labores suscipere vult. Praeterea philosophiae vsus plurimum ab omnibus differt. Neque

sum habeant: nihilominus tantula eius parte, quam in huius studio veluti decurrunt, ad exactae ipsius cognitionis metam perueniant, id vero signum etc. Scaliger denique coniecit: τὸ γὰρ ἐπὶ μισθοῦ, quod quomodo intellexerit, equidem nescio.

21) πρὸ τῶν ἀνθρώπων] Sic recte emendauit Scal. Nam in Arc. edit. est περὶ τῶν ἀνθρώπων, et in Cd. Ciz. περὶ τῶν ἀνθρώπων. Paulo post pro παρεληλυθῆναι edit. Arc. παρεληλυθῆναι, vitiose.

22) τὸ πάντα] Sic recte edit. Arc., et male Cd. Ciz. τῷ pro τὸ. Paulo post pro φιλοσοφεῖν Scal. sine causa

δέονται πρὸς τὴν ἐργασίαν ὀργάνων οὐδὲ τόπων, ἀλλ' ὅπη τις ἂν θῆ τῆς οἰκουμένης τὴν διάνοιαν, ὁμοίως πανταχόθεν ὥσπερ παρουσίας ἀπτεται τῆς ἀληθείας. οὐκοῦν ἀποδέδεικται, καὶ ὅτι δυνατόν καὶ διότι μέγιστον τῶν ἀγαθῶν καὶ κτήσασθαι ῥάδιον ἢ φιλοσοφία, ὥστε πάντων ἔνεκα προθύμως αὐτῆς ἀντιλαμβάνεσθαι ἄξιον.

Ἴδοι δ' ἂν τις ²³⁾ τὸ αὐτὸ γνωριμώτερον ἀπὸ τούτων. τὸ φρονεῖν καὶ τὸ γινώσκειν ἐστὶν αἰρετὸν καθ' αὐτὸ τοῖς ἀνθρώποις· οὐδὲ γὰρ τὸ ζῆν δυνατόν ὡς ἀνθρώποις ἄνευ τούτων· χρήσιμόν τε εἰς τὸν βίον ὑπάρχει· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν ἀγαθὸν παραγίγνεται, ὅ τι μὴ λογισαμένοις καὶ κατὰ φρόνησιν ἐνεργήσασι τελειοῦται. καὶ μὴν εἴτε τὸ ζῆν εὐδαιμόνως ἐν τῷ χαίρειν, εἴτε ἐν τῷ τὴν ἀρετὴν ἔχειν, εἴτε ἐν τῇ φρονήσει, κατὰ ταῦτα πάντα φιλοσοφητέον· ταῦτα γὰρ μάλιστα καὶ εἰλικρινῶς διὰ τοῦ φιλοσοφεῖν ἡμῖν παραγίγνεται. Ἐπιτοίνυν τὸ μὲν ἐστὶ ψυχὴ τῶν ἐν ἡμῖν, τὸ δὲ σῶμα, καὶ τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δὲ ἄρχεται, καὶ τὸ μὲν χρῆται, τὸ δ' ὑπόκειται ὡς ὄργανον. αἰεὶ τοίνυν πρὸς τὸ ἄρχον ²⁴⁾ καὶ τὸ χρώμενον συντάττεται ἢ τοῦ ἀρχομένου καὶ τοῦ ὀργάνου χρεῖα. τῆς δὲ ψυχῆς τὸ μὲν λόγος ἐστίν, ὅπερ κατὰ φύσιν ἄρχει καὶ

scribere voluit φιλεγγωρεῖν. Denique pro προεδρία, quod recte legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz. atque ex asse respondet Romanorum assiduitati, in Cd. Par. legitur προεδρία.

enim ad eam factitandam indigent instrumentis aut locis, sed quocumque quis mentis aciem intenderit, similiter vbique quasi praesentem veritatem attingit. Demonstratum igitur est, philosophiam et posse attingi, et esse summum bonorum, et facilem ad comparandum. Quare omnino operae est pretium, studiose eam appetere.

Idem etiam clarius hinc potest perspici. Sapere et cognoscere per se hominibus sunt expetenda. Neque enim sine his vt homines vivere possumus. Eademque ad vitam sunt utilia. Neque enim vllum nobis bonum contingit, nisi praegressa deliberatione et delectu prudenter instituto perficiatur. Atque sane vitae felicitas siue inest in gaudento, siue in virtute, siue in prudentia, propter haec omnia est philosophandum. Haec enim maxime et aperte philosophando nobis contingunt. Praeterea altera nostri pars est animus, altera corpus, atque illa imperat, huic imperatur, illa vtitur, haec data est pro instrumento. Atqui semper ad id, quod imperat et vtitur, eius, cui imperatur quodque pro instrumento est, vsus componitur. Animi autem altera pars est ratio, quae quidem secundum natu-

23) Ἴδοι δ' ἄν τις] Haec verba in Cd. Ciz. noui capitis initium faciunt. Paulo post in Arc. edit. male ante verba ἀπὸ τούτων interpungitur.

24) τὸ ἀρχον] Sic recte edit. Arc. et male Cd. Ciz. τὸ ἀρχιν.

κρίνει περὶ ἡμῶν, τὸ δ' ἐπειαί τε καὶ
πέφυκεν ἀρχεσθαι. πᾶν δὲ εὖ διάκειται κατὰ
τὴν οἰκειάν ἀρετὴν· τὸ γὰρ τετυχηκεῖν ταύ-
της ἀγαθόν ἐστί. καὶ μὴν ὅταν γε ἔχη τὰ
μάλιστα ²⁵⁾ καὶ κυριώτατα καὶ τιμιώτατα τὴν
ἀρετὴν, τότε εὖ διάκειται. τοῦ βελτιονος
εἶρα φύσει βελτίον ἐστὶν ἢ κατὰ φύσιν ἀρετὴ·
βέλτιον δὲ τὸ κατὰ φύσιν ἀρχικώτερον καὶ
μᾶλλον ἡγεμονικόν, ὡς ἄνθρωπος πρὸς τὰ
ἄλλα ζῶα· οὐκοῦν ψυχὴ μὲν σώματος βέλ-
τιον· ἀρχικώτερον γάρ· ψυχῆς δὲ τὸ λόγον
ἔχον καὶ διάνοιαν· ἔστι γὰρ τοιοῦτον, ὃ
κελεύει καὶ κωλύει καὶ δεῖν ἢ μὴ δεῖν φησὶ
πράττειν. ἥτις ποτὲ οὖν ἐστὶν ἀρετὴ τούτου
τοῦ μέρους, ἀναγκαῖον εἶναι πάντων αἰρετω-
τάτην ²⁶⁾ ἀπλῶς τε πᾶσι καὶ ἡμῖν· καὶ γὰρ
ἂν τοῦτο, οἶμαι, θείη τις, ὡς ἦτοι μόνον
ἢ μάλιστα ἡμεῖς ἐσμεν τὸ μόνιον τοῦτο. Ἐπι-
τοίνυν ὅταν, ὃ πέφυκεν ἔργον ἐκάστου μὴ
κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ καθ' αὐτὸ ²⁷⁾ λε-
γόμενον, κάλλιστα ἀποτελῆ, τότε καὶ τοῦτο

25) τὰ μάλιστα] Hunc locum sic intelligo, ut verba
κυριώτατα et τιμιώτατα explicent, quae sint τὰ μάλιστα,
nimirum τὰ κυριώτατα καὶ τὰ τιμιώτατα. Quominus
enim τὰ μάλιστα intelligas prassertim, hoc impedit,
quod superlativi, qui sequuntur, articulo carere non
possunt.

26) αἰρετωτάτην] Sic recte edit. Arc., et male Cd. Ciz.
αἰρετωτάτων. Hunc locum iam Vulcan. recte intellexit
vertens: huius igitur partis virtus, quaecunque illa tan-
dem sit, omnium maxime tum omnibus simpliciter, tum
nobis necessario eligenda est. — Quae sequuntur verba
καὶ γὰρ ἂν τοῦτο κ. τ. λ. sic intelligo: Possumus con-

ram imperat et iudicat de nobis. Altera pars paret et sic comparata est, ei vt imperetur. Quaelibet autem res bene comparata est ex propria ipsius virtute. Nam hanc attigisse bonum est. Atqui quando ea, quae sunt vltima et praecipua et praestantissima, virtutem attigerunt, tum bene comparata sunt. Eius quod melius est natura, etiam virtus naturalis melior est. Melius autem id est, quod natura magis aptum est ad imperandum et ad principatum tenendum, vt homo collatus cum ceteris animantibus. Animus igitur corpore melior est: nam ad imperandum aptus est; in animo autem id quod rationem et cogitationem habet. Tale enim est, quod iubeat et impediatur et edicat, quae sint facienda, quae omittenda. Quaecunque igitur huius partis virtus est, ea necessario maxime omnium simpliciter ab omnibus et a nobis expetenda est. Nam hoc, opinor, statui potest, nos esse hanc partem aut solam aut maxime. Porro quando res quaecunque id opus, quod ei conuenit, non vi aliena, sed sua vi optime perficit, tum etiam hoc bonum

tendere, illam animi partem, i. e. rationem, siue solam siue maxime id esse, cuius causa hominum nos nomine compellemur.

27) καὶ αὐτό] Ita scripsi pro καὶ αὐτόν, vt legitur et in Arc. edit. et in Cd. Ciz. Distinguitur enim duplex cuiusque rei munus, alterum, quod suapte vi seu per se, alterum, quod vi aliena seu per accidens, vt Dialectici loquuntur, peragere debet. — Paulo post pro

ἀγαθὸν εἶναι λεπτέον, ταύτην²⁸⁾ τε ἀρετὴν
 θετέον εἶναι κυριωτάτην, καθ' ἣν ἕκαστον
 αὐτὸ τοῦτο, ὃ πέφυκεν, ἀπεργάζεται. τοῦ
 μὲν οὖν συνθέτου καὶ μεριστοῦ πλείους καὶ
 διάφοροι ἐνέργειαι, τοῦ δὲ τὴν φύσιν ἀπλοῦ
 καὶ μὴ πρὸς τι τὴν οὐσίαν ἔχοντος μίαν
 ἀναγκαῖον εἶναι τὴν καθ' αὐτὸ κυριῶς ἀρε-
 τήν. εἰ μὲν οὖν ἀπλοῦν τι ζῶν ἔστιν ὁ ἄν-
 θρωπος καὶ κατὰ λόγον καὶ νοῦν²⁹⁾ τέτακται
 αὐτοῦ ἢ οὐσία, οὐκ ἄλλο ἔστιν αὐτοῦ ἔργον,
 ἢ μόνη ἢ ἀκριβεστάτη ἀλήθεια καὶ τὸ περὶ
 τῶν ὄντων ἀληθεύειν· εἰ δ' ἔστιν ἐκ πλειόνων
 δυνάμεων συμπεφυκώς³⁰⁾, δῆλόν ἔστιν, ὡς
 ἀφ' οὗ πλείω πέφυκεν ἀποτελεῖσθαι, ἀεὶ τού-
 των τὸ βέλτιστον ἔργον ἔστιν, οἷον ἰατρικοῦ
 ὑγεία καὶ κυβερνήτου σωτηρία. βέλτιον δὲ
 οὐδὲν ἔχομεν λέγειν ἔργον τῆς διανοίας ἢ τοῦ
 διανοουμένου³¹⁾ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἀληθείας.
 ἀλήθεια ἄρα τὸ κυριώτατον ἔργον ἐστὶ τοῦ

τότε καὶ τοῦτο, quae est lectio edit. Arc. et Cd. Ciz., in
 Cd. Par. est τοῦτο καί.

28) ταύτην] Scripsi ταύτην pro ταύτη, quod cum Arc.
 edit. etiam Cd. Ciz. exhibet, et post θετέον ex edit.
 Arc. addidi εἶναι, quod in Cd. Ciz. omissum est. Tum
 ante πέφυκεν addidi ὃ, ita ut ἀπεργάζεται sit referen-
 dum ad καθ' ἣν, dicendi ratione Graecis non inusitata.
 Nescio tamen, an omnis locus sit ita constituendus:
 καθ' ἣν ἕκαστον αὐτὸ τοῦτο, ὃ πέφυκεν ἀπεργάζεται,
 ἀπεργάζεται.

29) καὶ νοῦν] Ita recte Cdd. Ciz. et Par. pro κινῶν, quod
 in Arc. edit. legitur, et iam a Vulcan. in Castigat. emen-
 datum est.

dicendum est, haecque virtus habenda praecipua, qua quaeque res illud ipsum, ad quod facta est, perficit. Atque eius quidem, quod compositum est et diuidi potest, plures et diuersi agendi sunt modi; eius vero, quod simplex est et naturam habet non aliunde dependentem, huius necessario vna est virtus, quae ei proprie per se ipsum conuenit. Quodsi simplex animal est homo naturamque habet constitutam ad rationem et mentem, eius opus non aliud est, nisi accuratissima veritatis cognitio verumque de rebus iudicium. Sin autem ex pluribus facultatibus est compositus, manifestum est, eius, qui sic natura sit factus, vt plura perficere possit, horum id, quod optimum sit, opus esse, vt medici bonam valetudinem, gubernatoris salutem. Non autem mentis, siue eius animi partis, quae in cogitando versatur, opus melius, quam veritatem, possumus afferre. Veritas igitur praecipuum est opus huius

30) συμπεφυκώς] Ita scripsi e. Cd. Ciz. In edit. Arc. legitur ἐμπεφυκώς, ex quo Scal. ἐν πεφυκώς et Vulcan. συμπεφυκώς, scil. ζῶον, fecerunt.

31) τοῦ διανοούμενου] Το διανοούμενον τῆς ψυχῆς idem est, quod ἡ διάνοια, et qui Arcerio διανοούμενον obscurum nec integrum videri potuerit, id vero obscurum est. In Cd. Ciz. malè διανοούμενον. In proximis Arc. corrupte ita scripsit: ψυχῆς ἡμῶν. ἀλήθεια κ. τ. λ. Codicis Ciz. lectio est ψυχῆς ἡμῶν ἀλήθειαν, eaque proba, si ante ἀλήθειαν addideris ἢ. Veram autem loci scripturam, quam recepi, Cd. Par. suppeditauit.

μορίου τούτου³²⁾ τῆς ψυχῆς· τούτο δὲ δοξᾷ κατ' ἐπιστήμην ἀπλῶς, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν μᾶλλον ἐπιστήμην· ταύτη δ' ἐστὶ θεωρία τὸ κυριώτατον τέλος· ὅταν γὰρ δυοῖν ὅποιον θάτερον διὰ θάτερον αἰρετὸν ἢ, βέλτιόν ἐστί τούτο καὶ μᾶλλον αἰρετὸν, δι' ὅπερ³³⁾ αἰρετὸν ἐστὶ καὶ θάτερον, οἷον ἡδονὴ μὲν τῶν ἡδέων, ὑγιεία δὲ τῶν ὑγιεινῶν· ταῦτα γὰρ ποιητικᾷ λέγεται τούτων· οὐκοῦν τῆς φρονήσεως, ἣν φάμεν δύναμιν εἶναι τοῦ κυριώτατου τῶν ἐν ἡμῖν, οὐκ ἔστιν αἰρετώτερον αἰδέειν³⁴⁾, ὡς ἕξις πρὸς ἕξιν κρίνεσθαι· τὸ γὰρ γνωστικὸν μέρος καὶ χωρὶς καὶ συγκείμενον βέλτιόν ἐστὶ πάσης τῆς ψυχῆς, τούτου δὲ ἐπιστήμη ἀρετή· οὐκ ἄρα ἐστὶν ἔργον αὐτῆς, οὐδεμία τῶν κατὰ μέρος λεγομένων ἀρετῶν πασῶν γὰρ ἐστὶ βελτίων· τὸ δὲ ποιούμενον τέλος αἰεὶ κρείττον ἐστὶ τῆς ποιούσης ἐπιστήμης· οὐδὲ μὴν ἅπασα τῆς ψυχῆς ἀρετὴ

32) τοῦ μορίου τούτου] Ita scripsi pro τοῦ μορίου τοῦ, quae vitiosa scriptura in edit. Arc. et Cd. Ciz. occurrit. Intelligitur autem ea pars animi, quae antea dicta est τὸ διανοούμενον τῆς ψυχῆς. Pro ἐστὶ, quod praecedit et in Cdd. Ciz. et Par. legitur, in edit. Arc. est ἐπί.

33) δι' ὅπερ] Ita scribere malui pro vulgato διόπερ. Vulcanius hunc locum ita vertit: „Norunt illud propter quod etiam alterum eligendum, melius et magis eligendum est, ut voluptas magis, quam quae voluptati: sanitas, quam quae salubria sunt, etc.“ Haec vitiosa sunt. Loci sententia potius ita procedit: Si duae res ita sunt comparatae, ut altera alterius causa expetatur; melior et magis expetenda est haec, cuius causa altera expetitur: ut suavia et salubria ad voluptatem et bonam valetudi-

animi nostri partis. Haec pars simpliciter agit secundum scientiam, magis autem agit secundum eam scientiam, in quam hoc nomen magis cadat. Huius autem praecipuus finis est contemplatio. Nam quando ex duobus alterum ob alterum eligendum est, melius est magisque eligendum id, ob quod alterum est eligendum, ut voluptas magis, quam voluptaria, sanitas magis, quam sana. Haec enim illa efficere dicuntur. Quamobrem prudentia, quam affirmamus esse facultatem praestantissimae partium nostrarum, nihil magis est eligendum, si licet habilitatem cum habilitate conferri. Nam illa pars, quae in cognoscendo versatur, et se iuncta et composita melior est omni animo. Huius autem virtus est scientia. Eius igitur opus nulla est virtutum, quae sigillatim dicuntur; nam omnibus melior est. Finis autem, qui efficitur, semper melior est, quam scientia illius efficiens. Neque vero omnis

nem expetuntur, unde voluptas et bona valetudo illis sunt meliores et magis expetendae.

- 34) *αἰρετώτερον οὐδέν*] *Οὐδέν*, quod edit. Arc. non habet, addidi e Cđ. Ciz. Tum in locutione *ὡς ἕξιν πρὸς ἕξιν κρινεῖσθαι* infinitivi eadem est ratio, quae in locutione *ὡς ἕπος εἰπεῖν*, ut non opus sit cum Scal. scribere *κρίνεται*. Quod paulo post legitur vocabulum *συγκείμενον*, videtur significare *collatum cum aliis*, *κρινόμενον πρὸς ἄλλα*. — Quod sequitur *αὐτῆς*, referendum est ad *ἐπιστήμην* hoc sensu: scientia non habet propositam unam quandam virtutum singularum, quippe omnibus est melior.

οὕτως 35) ἔργον, οὐδ' ἢ εὐδαιμονία· εἰ γὰρ
 ἔσται 36) ποιητικὴ, ἕτερα ἑτέρων ἔσται, ὥσπερ
 οἰκοδομικὴ οἰκίας, ἣτις οὐκ ἔστι μέρος τῆς
 οἰκίας· ἢ μέντοι φρονήσεις μόνον τῆς ἀρετῆς
 ἐστὶ καὶ τῆς εὐδαιμονίας· ἢ γὰρ ἐκ ταύτης,
 ἢ ταύτην φασὲν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν.
 οὐκοῦν καὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦτον ἀδύνατον,
 εἶναι τὴν ἐπιστήμην ποιητικὴν· βέλτιον γὰρ
 δὴ τὸ τέλος εἶναι τοῦ γιγνομένου, οὐδὲν δὲ
 βέλτιον εἶναι φρονήσεως, πλὴν εἴ τι τῶν
 εἰρημένων· τούτων δὲ οὐδὲν ἕτερον αὐτῆς
 ἐστὶν ἔργον. θεωρητικὴν τινὰ ἄρα φασὲν
 εἶναι ταύτην τὴν ἐπιστήμην, ἐπεὶ ἀδύνα-
 τον, ποιήσειν 37) εἶναι τὸ τέλος· τὸ φρονεῖν
 ἄρα καὶ τὸ θεωρεῖν 38) ἔργον τῆς ἀρετῆς ἐστὶ,
 καὶ τοῦτο πάντων ἐστὶν αἰρετώτατον τοῖς
 ἀνθρώποις, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ τοῖς
 ὄμμασιν ὄραϊν, ὃ καὶ ἔλοιτό τις ἀποῤῥεῖν,
 εἰ καὶ μὴ τι μέλλοι γίνεσθαι δὲ αὐτοῦ παρ'
 αὐτὴν τὴν ὄψιν ἕτερον. ἔτι εἰ τὸ ὄραϊν ἀγα-
 πῶμεν 39) δι' ἑαυτό, ἰκανῶς μαρτυρεῖ τοῦτο,
 ὅτι πάντες τὸ φρονεῖν καὶ τὸ γινώσκειν
 ἐσχάτως ἀγαπῶσιν. ἔτι εἴ τις ἀγαπᾷ τε 40) διὰ

35) οὕτως] *Quum res sic se habeat.* Argumentatio sic
 procedit: neque vna quaedam virtutum singularum est
 munus scientiae, nam omnibus praestat; neque uni-
 versa animi virtus, quum finis, qui efficitur, melior sit
 scientia eum efficiente, neque felicitas.

36) εἰ γὰρ ἔσται] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc.
 ἐστὶ, quod non spernendum. Deinde pro ταύτην,
 quod Cdd. Ciz. et Par. praebent, in edit. Arc. est
 ταύτης.

animi virtus sic opus est, neque felicitas. Nam si erit alicuius rei efficiens, altera alterorum erit efficiens, vt architectura aedificii, quae non est pars aedificii. Atqui prudentia pars est virtutis et felicitatis. Nam felicitatem aut ex hac nasci, aut hanc ipsam esse contendimus. Quamobrem etiam hac ratione fieri non potest, vt scientia sit alicuius rei efficiens. Nam melior est finis, quam id, quod fit; prudentia autem nihil melius est, nisi si quid eorum, quae dicta sunt. Horum autem nihil alterum eius est opus. Vnde dicendum est, hanc scientiam versari in contemplando, quandoquidem fieri non potest, vt finis sit effectio. Sapere igitur et contemplari opus est virtutis. Atque hoc omnium maxime hominibus est expetendum, quemadmodum, opinor, vt oculis cernas: quod expeteretur, etiamsi praeter ipsum visum nihil aliud per id contingeret. Iam vero si visum amamus per se ipsum, id satis est testimonio, nos omnes illud maxime expetere, vt sapiamus et cognoscamus. Atque si quis aliquid amat,

37) *ποίησιν*] Ita edit. Arc. consentiente Cd. Ciz. In Cd. Par. *τὴν ποίησιν*. Significat autem *ποίησις* h. l. *ποιῶν τι, vim efficientem*.

38) *τὸ θεωρεῖν*] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., at Cd. Par. omittit *τὸ*.

39) *ἀγαπῶμεν*] Sic recte Cdd. Ciz. et Par. At edit. Arc. *ἀγαπῶν μὲν*. Deinde *ὅτι πάντες* restitui a Cd. Ciz., nam edit. Arc. habet *ἔτι πάντες*, et Cd. Par. *οὔτε πάντες*.

40) *ἀγαπᾷ τι διὰ τὸ δι' αὐτοῦ*] Ita mutavi lectionem edit. Arc. et Cd. Ciz. aperte corruptam *ἀγαπᾷ τὸ δι' αὐτοῦ*.

τὸ δὲ αὐτοῦ συμβεβηκέναι ἕτερον αὐτῷ τι, δῆλον, ὅτι μᾶλλον οὗτος βουλήσεται, ὢ μᾶλλον ὑπάρχει τοῦτο· οἷον εἰ τυγχάνει τις αἰρούμενος τὸ περιπατεῖν, ὅτι ὑγιεινόν ⁴¹⁾, εἴη δὲ μᾶλλον αὐτῷ ὑγιεινὸν τὸ τροχάζειν καὶ δυνατὸν παραγενέσθαι, μᾶλλον αἰρήσεται τοῦτο, καὶν ἔλοιτο γνοῦς θάττον. εἰ τοίνυν ἐστὶν ἀληθῆς δόξα φρονήσει ὅμοιον ⁴²⁾, εἶπερ αἰρετὸν τὸ δοξάζειν ἀληθῶς ταύτην καὶ κατὰ τοσοῦτο καὶ ὅσον ὅμοιον τῇ φρονήσει διὰ τὴν ἀλήθειαν, εἰ μᾶλλον τοῦτο τῷ φρονεῖν ὑπάρχει, μᾶλλον αἰρετὸν τὸ φρονεῖν ἔσται τοῦ δοξάζειν ἀληθῶς. Ἀλλὰ μὴν τὸ γε ζῆν τῷ αἰσθάνεσθαι ⁴³⁾ διακρίνεται τοῦ μὴ ζῆν, καὶ ταύτης παρουσία καὶ δυνάμει τὸ ζῆν διώριστα, καὶ ταύτης ἐξαιρουμένης οὐκ ἔστιν ἄξιον ζῆν, ὥσπερ ἀναιρουμένου ⁴⁴⁾ τοῦ ζῆν αὐτοῦ, διὰ τὴν αἰσθησιν. τῆς δὲ αἰσθήσεως ἢ τῆς ὕψεως διαφέρει δυνάμεις τῷ σαφεστάτῃ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μάλιστα ⁴⁵⁾ αἰρούμεθα αὐτήν· αἰσθησις δὲ πᾶσα δυνάμεις ἐστὶ γνωριστικὴ ⁴⁶⁾ διὰ σώμα-

συμβεβ. Arcer. autem in suo codice pro δὲ τι repererat δ' ἔτι, quod casu in id, quod in Cd. Ciz. legitur, mutavit. Caeterum quod apud Aristot. non semel occurrit τόδε τι significans id quod per se est aliquid, id huc non quadrat. cf. Budaei Comm. gr. I. p. 1355.

41) ὅτι ὑγιεινόν] Ita Cd. Ciz., sed in Arc. edit. ὅτι τι ὑγιεινόν. Scal. coniecit ὅτι ἢ ὑγιεινόν.

42) φρονήσει ὅμοιον] Pro ὅμοιον Arcerius male scribit ὁμοιος; nam ad ὅμοιον intelligendum est τι. — Paulo post τῷ φρονεῖν, ut iam Vulcan. correxit, exhibet Cd. Ciz. pro τὸ φρονεῖν, quod Arc. intactum reliquit.

quod per id aliud quid ei contingit, manifestum est, eum magis id expetiturum esse, in quo hoc magis insit; ut si quis expetat ambulare, quia id utile sit corpori, utilius autem sit currere possitque hoc facere, magis hoc expetet, et expeteret, simulac cognouisset. Vbi igitur vera opinio similis est prudentiae, si expetenda est vera opinatio et tantum quantum similis est prudentiae propter veritatem, hoc si magis inest in sapiendo, magis studendum est prudentiae, quam verae opinioni. Iam vero vita sensu distinguitur a vitae defectu, sensusque praesentia et facultate vita definita est, et sensu detracto vita nihili est, quasi vita ipsa detracta, propter sensum. In sensibus autem visus facultas eo differt, quod clarissimus est, hancque ob causam eum vel maxime expetimus. Omnis autem sensus est facultas corporis

43) τῷ αἰσθάνεσθαι] Ita recte edit. Arc. In Cd. Ciz. deest τῷ. Tum auctor dicit ταύτης, quasi pro τῷ αἰσθάνεσθαι scriptum fuerit τῇ αἰσθήσει.

44) ὡςπερ ἀναιρουμένου] Sic recte Cd. Ciz. quasi vita ipsa tollatur per sensum scil. ablatum. In edit. Arc. est ὡς ἀναιρουμένου, unde Vulcanius scripsit: ὡς ἂν αἰρουμένου τοῦ ζῆν etc. quae verba sic vertit: eo quod vita propter sensum eligatur. Perperam.

45) καὶ μάλιστα] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. Sed in Cd. Par. καὶ deest.

46) γνωριστικῆ] Ita recte edit. Arc., nam paulo inferius legitur ἡ αἰσθησις γνωριστικῆ. In Cd. Ciz. παθητικῆ, quod τῇ αἰσθήσει male conuenit.

τος, ὥσπερ ἡ ἀκοὴ τοῦ ψόφου αἰσθάνεται
 διὰ τῶν ὠτῶν. οὐκοῦν εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶν
 αἰρετὸν διὰ τὴν αἰσθησίν, ἢ δὲ αἰσθησὶς
 γινώσκῃ τις, καὶ διὰ τὸ γνωρίζειν αὐτῇ δύ-
 νασθαι τὴν ψυχὴν αἰρούμεθα, πάλαι δὲ
 εἶπομεν, ὥσπερ δυοῖν ἀεὶ μᾶλλον αἰρετὸν,
 ᾧ μᾶλλον ὑπάρχει ταυτό, τῶν μὲν αἰσθή-
 σεων τὴν ὄψιν ἀνάγκη μάλιστα αἰρετὴν εἶναι
 καὶ τιμίαν, ταύτης δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰπασῶν
 αἰρετωτέρα καὶ τοῦ ζῆν ἐστὶν ἢ φρόνησις κυ-
 ριωτέρα τῆς ἀληθείας, ὥστε πάντες ἄνθρωποι
 τὸ φρονεῖν μάλιστα διώκουσι. τὸ γὰρ ζῆν
 ἀγαπῶντες τὸ φρονεῖν καὶ τὸ γνωρίζειν ἀγα-
 πῶσι· διὰ οὐδὲν γὰρ ἕτερον αὐτὸ τιμῶσιν,
 ἢ διὰ τὴν αἰσθησίν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ὄψιν·
 ταύτην γὰρ τὴν δύναμιν ὑπερβαλλόντως
 φαίνονται φιλοῦντες· αὕτη γὰρ πρὸς τὰς
 ἄλλας αἰσθήσεις ὥσπερ ἐπιστήμη τις ἀτεχνῶς
 ἐστίν.

Κ Ε Φ. η.

Οὐ χεῖρον δ' ἔτι καὶ ἀπὸ τῶν κοινῶν
 ἐννοιῶν ὑπομνήσαι ¹⁾ τὸ προκείμενον ἀπὸ
 τῶν ἐναργῶν πᾶσι φαινομένων. παντὶ δὴ
 τοῦτό γε πρόδηλον, ὡς οὐδεὶς ἂν ἔλοιτο ζῆν
 ἔχων τὴν μεγίστην ἀνθρώπων ²⁾ οὐσίαν καὶ

1) ὑπομνήσαι] Ita Cd. Ciz. pro ὑπομνησθαι, vt legit edit.
 Arc., et ὑπομεμνησθαι, vt Cd. Pat. Sed ὑπομνησαι
 legendum esse, iam Arcerius viderat, idem tamen in
 eo non probandus, quod post προκείμενον addi voluit
 καί.

auxilio cognoscendi, quemadmodum auditus sonum auribus percipit. Quare si vita est expetenda propter sensum, sensus autem cognitio quaedam est, sique propterea, quod sensu res cognoscere possumus, vitam expetimus, quum dudum ostenderimus, ut ex duobus semper magis id expetendum sit, in quo idem magis insit: ex sensibus visum necesse est maxime expetendum et praestantissimum esse; hoc autem et reliquis sensibus omnibus vitae ipsa magis expetenda est prudentia, quippe in quam cadat veritas; quare omnes homines maxime student, ut sapiant. Si enim vitam amant, etiam hoc amant, ut sapiant et cognoscant. Nam ob nullam aliam causam vitae pretium tribuunt, quam propter sensum et maxime propter visum. Quam facultatem patet eos eximie diligere, quum collatus cum ceteris sensibus quasi aperte sit quaedam scientia.

C A P. VIII.

Neque minus res, quam tractamus, probari potest sententiis communibus, hoc est, iis, quae omnibus sunt perspicua. Cuius igitur hoc patet, neminem expetiturum esse vitam, si instructus quidem sit amplissimis

2) ἀνθρώπων] Ita Cd. Ciz. Editio Arc. ἀπὸ ἀνθρώπων, sed praepositioni hic locus non est. Tum ἡδονὰς χαίρειν eodem modo dictum est, quo χαίρειν ἡδονῆν τινα, affici voluptate, Aristot. Rhet. lib. 1. p. 57. edit. Lips.

δύναμιν, ἐξεσθηκῶς μέντοι τοῦ φρονεῖν καὶ
 μαινώμενος, οὐδ' εἰ μέλλοι τὰς νεανικωτάτας
 ἡδονὰς ζῶειν χαιρῶν, ὥσπερ ἔνιοι τῶν παρα-
 φρονοῦντων διάγουσιν. οὐκοῦν ἀφροσύνην,
 ὡς ἔοικε, μάλιστα πάντες φεύγουσιν. ἐναν-
 τίων δὲ φρόνησις ἀφροσύνη· τῶν δ' ἐναντίων
 ἐκάτερον ³⁾ τὸ μὲν φευκτὸν ἐστὶ, τὸ δὲ
 αἰρετὸν. ὥσπερ οὖν τὸ κάμνειν φευκτὸν,
 οὕτως αἰρετὸν ἡμῖν τὸ υἰγαίνειν. φρόνησις
 οὖν, ὡς ἔοικε, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον
 φαίνεται τὸ πάντων αἰρετώτατον, οὐδ' ἕτερόν
 τι τῶν συμβαινόντων ⁴⁾, ὡς μαρτυροῦσιν αἰ
 κοινὰ ἔννοια. εἰ γὰρ καὶ πάντα τις ἔχοι,
 διεφθαρμένος δ' εἴη καὶ νοσῶν τῷ φρο-
 νοῦντι ⁵⁾, οὐχ αἰρετὸς ὁ βίος· οὐδὲν γὰρ
 ὄφελος οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν· ὥστε πάντες,
 καθόσον αἰσθάνονται τοῦ φρονεῖν καὶ γεγε-
 σθαι δύνανται τούτου τοῦ πράγματος, οὐδὲν
 οἴονται τᾶλλα εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν
 αἰτίαν οὔτ' ἂν μεθύων οὔτε παιδίον οὐδ' ἂν
 εἰς ἡμῶν ὑπομείνειεν ⁶⁾ εἶναι διὰ τέλους τὸν
 βίον. διὰ δὲ τοῦτο καὶ τὸ καθεύδειν ἡδίστον
 μὲν, οὐχ αἰρετὸν δέ, κἂν ὑποθώμεθα πάσας
 τῷ καθεύδοντι παρούσας τὰς ἡδονὰς, διότι

3) ἐκάτερον] Notandus vsus pleonasticus verbi ἐκάτερον.
 Tum recte φευκτὸν Cdd. Ciz. et Par. pro φευκτέον, quod
 est in edit. Arc.

4) συμβαινόντων] Ita Cdd. Ciz. et Par., vti iam Tiaras
 vitiosum συμβαινόντων, quod in edit. Arc. habetur, cor-
 rexerat. Paulo post ἔχοι extat in Cd. Ciz., pro quo
 Arcerius in suo codice ἔχει repererat.

hominum opibus et potentia, at mente captus et insanus, ne tum quidem, si summis in vita voluptatibus sit fruiturus, qualis est vita nonnullorum insanientium. Ergo insipientiam omnes maxime fugere apparet. Contraria autem insipientiae est prudentia: atque eorum, quae sunt contraria, alterum est fugiendum, alterum expetendum. Quemadmodum igitur aegrotare nolumus, ita bene valere cupimus. Prudentiam igitur etiam hac ratione patet omnium maxime esse expetendam, neque aliud quid eorum, quae contingunt, ut testantur sententiae communes. Etenim si quis vel omnia possideat, mente autem sit captus et laboret, vita non est expetenda. Reliqua enim bona nihil prosunt. Hinc omnes, quoad sensum habent sapiendi huiusque rei gustum habere possunt, nihil putant reliqua esse, et hanc ob causam neque ebrius neque puer nemo nostrum per totam vitam esse sustineat. Propterea etiam somnus suavissimus quidem est, sed non expetendus, etiamsi dormienti omnes voluptates suggeramus, quia visa per

5) τῷ φρονοῦντι] Male Arcerius comma post νοσῶν posuit; nam coniungenda sunt νοσῶν τῷ φρονοῦντι, h. e. mente laborans.

6) ὑπομένειεν] Hoc pro ὑπομένειεν, quod Arc. habet, e Cdd. Ciz. et Par. dedi. Quae sequuntur verba τὸν βίον, Scal. temere delere voluit. Διὰ τέλους τὸν βίον est assidue per vitam, per omnem vitam. Atque sic recte Vulcanius. Arcerio in mentem venerat τοιοῦτον βίον.

τὰ μὲν καθ' ὕπνον φαντάσματα ψευδῆ, τὰ δ' ἐγρηγορόσιν ἀληθῆ· διαφέρει γὰρ οὐδενὶ τῶν ἄλλων τὸ καθεύδειν καὶ τὸ ἐγρηγορέναι, πλὴν τῷ τὴν ψυχὴν τότε μὲν πολλάκις ἀληθεύειν, καθεύδοντος δὲ αἰεὶ διεψεῦσθαι· τὸ γὰρ τῶν ἐνυπνίων εἰδωλὸν ἐστὶ καὶ ψεῦδος ἅπαν. Καὶ τὸ φεύγειν δὲ τὸν θάνατον τοὺς πολλούς, δείκνυσι 7) τὴν φιλομάθειαν τῆς ψυχῆς. φεύγει γὰρ, ἢ μὴ γινώσκει 8), τὸ σκοτῶδες καὶ τὸ μὴ δῆλον, φύσει δὲ διώκει τὸ φανερὸν καὶ τὸ γνωστὸν. διὸ καὶ μάλιστα τοὺς αἰτίους ἡμῖν 9) τοῦ τὸν ἥλιον ἰδεῖν καὶ τὸ φῶς αὐτοῦς φάμεν δεῖν τιμᾶν ὑπερβαλλόντως καὶ σέβασθαι, πατέρα καὶ μητέρα, ὡς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίους· αἴτιοι δ' εἰσὶν, ὡς ἔοικε, τοῦ φρονῆσαι τι καὶ ἰδεῖν. διὰ τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ χαίρομεν τοῖς συνήθεσι καὶ πράγμασι καὶ ἀνθρώποις, καὶ φίλους τούτους καλοῦμεν τοὺς γνωρίμους. δηλοῖ οὖν ταῦτα σαφῶς, ὅτι τὸ γνωστὸν καὶ φανερὸν καὶ τὸ δῆλον ἀγαπητὸν ἐστίν· εἰ δὲ πρὸ γνωστὸν καὶ τὸ σαφές, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ γινώσκειν ἀναγκαῖον καὶ τὸ φρονεῖν 10) ὁμοίως. Πρὸς δὲ τούτοις, ὡς περ ἐπὶ τῆς

7) δείκνυσι] Sic Cd. Ciz. In edit. Arc. δείκνουσι, et in Cd. Par. δεικνύουσι. Tum recte φιλομάθειαν Cdd. Ciz. et Par., male Arc. edit. φιλομαθίαν.

8) ἢ μὴ γινώσκει] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. ἢ μὴ, quod Scal. mutavit in ἡ μὴ, et Vulcan. in ἡ μὴ, locum ita interpretans: fugit enim, qua nihil in iis

somnum oblata sunt inania, vigilantium autem vera. Dormire enim et vigilare nulla alia re differunt, nisi quod hic animus saepe verum attingit, ibi semper fallitur. Nam quae in somniis offeruntur, simulacra sunt et mera mendacia. Atque quod plerique mortem fugiunt, id ostendit, animum cupidum esse discendi. Fugit enim animus, quae non nouit, tenebricosum et obscurum, persequitur autem natura id, quod clarum est et notum. Atque haec quidem vel maxime causa est, quamobrem eos, quibus, quod hunc solem et lucem adspicimus, debemus, patrem et matrem, ut maximorum bonorum auctores, eximio honore et veneratione prosequendos esse censemus. Sapiendi autem et intelligendi auctores nobis eos esse patet. Atque hanc eandem ob causam laetamur notis et rebus et hominibus, et amicos hos notos appellamus. Haec igitur clare ostendunt, id quod notum et manifestum et clarum sit, amabile esse. Si autem notum et manifestum amabile est, patet, idem necessario etiam de cognoscendo et sapiendo valere. Praeterea quemadmodum in opibus

cognoscit, tenebras. — In proximis post *φύσει* e Cdd. Ciz. et Par. addidi *δέ*, quae particula in edit. Arc. deest.

9) *ἡμῶν*] Sic scripsi cum Arcerio pro *ἡμῶν*, quod in Cd. Ciz. exstat.

10) *φρονεῖν*] Ita Arc. edit. In Cd. Ciz. vitiose *φρονεῖν*.

οὐσίας οὐχ ἢ αὐτὴ κτήσις ἕνεκα τοῦ ζῆν καὶ τοῦ ζῆν εὐδαιμόνως τοῖς ἀνθρώποις, οὕτω καὶ περὶ φρονήσεως οὐ τῆς αὐτῆς, οἶμαι, δεόμεθα πρὸς τε τὸ ζῆν μόνον καὶ πρὸς τὸ ζῆν καλῶς. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς πολλὴ συγνώμη τοῦτο πράττειν· εὔχονται ¹¹⁾ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν, ἀγαπῶσι δέ, καὶ μόνον δύνανται ζῆν. ὅστις δὲ οἶεται ¹²⁾ μὴ πάντα τρόπον ὑπομένειν αὐτὸ δεῖν, καταγέλαστον ἤδη τὸ μὴ πάντα πόνον ὑπομένειν καὶ πᾶσαν σπουδὴν σπουδάσειν, ὅπως κτήσεται ταύτην τὴν φρόνησιν, ἣτις γινώσεται τὴν ἀλήθειαν. Ἐποίη δ' ἂν τις αὐτὸ καὶ ἐπὶ τούτων, εἰ θεωρήσειεν ¹³⁾ ὑπ' αὐγᾶς τὸν ἀνθρώπινον βίον. εὐρήσει γὰρ τὰ δοκοῦντα εἶναι μεγάλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα ὄντα σκιαγραφίαν. ὅθεν καὶ λέγεται καλῶς τὸ μηδὲν εἶναι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸ μηδὲν εἶναι βέβαιον τῶν ἀνθρωπίνων. ἰσχύς τε γὰρ καὶ μέγεθος καὶ κάλλος γέλως ἐστὶ καὶ οὐδενὸς ἄξια, κάλλος τε παρὰ τὸ μηδὲν ὄραν ¹⁴⁾ ἀκριβὲς δοκεῖ

11) εὔχονται] Ita recte Arc. edit. In Cd. Ciz. vitiose εὔχονται.

externarum, et $\theta\epsilon\omega\gamma\epsilon\iota\sigma\theta\alpha\iota$ ad contemplationem sui
ipsius.

14) $\tau\omega\ \pi\iota\upsilon\epsilon\upsilon$] Sic recte Cd. Ciz. pro $\tau\delta\ \pi\iota\upsilon\epsilon\upsilon$, quod in

ἐροῦμεν¹⁵⁾ ἠδεῖαν ἢ λυπηράν, οὐχ ὅσον
 συμβαίνει λυπεῖσθαι παρουσῶν ἡμᾶς ἢ
 χαίρειν¹⁶⁾, ἀλλ' ὧν τῇ παρουσίᾳ καὶ λυπού-
 μεθα πάντες καὶ χαίρομεν, καὶ ζῶν οὖν
 ἠδεῖαν ὁμοίως ἐροῦμεν, ἥς ἢ παρουσία τοῖς
 ἔχουσιν ἠδεῖα, καὶ ζῆν ἠδέως οὐ πάντας,
 ὅσοις ζῶσι συμβαίνει χαίρειν, ἀλλ' οἷς αὐτὸ
 τὸ ζῆν ἠδύ, καὶ χαίρουσι τὴν ἀπὸ ζωῆς
 ἠδονήν. οὐκοῦν τὸ ζῆν ἀποδιδόμεν τῷ μὲν
 ἐρηγοροῦτι μᾶλλον, ἢ τῷ καθεύδοντι, καὶ
 φρονοῦντι δὲ ἢ τῷ ἄφρονι μᾶλλον, τὴν δ'
 ἀπὸ ζωῆς ἠδονὴν τὴν ἀπὸ τῆς χρήσεως γιγνο-
 μένην φασὲν εἶναι τῆς ψυχῆς, τοῦτο γὰρ
 ἔστι τὸ ζῆν ἀληθῶς, εἰ τοίνυν καὶ πολλὰ
 ψυχῆς εἰσὶ χρήσεις, ἀλλὰ κυριωτάτη γε πασῶν
 ἢ τοῦ φρονεῖν ὅτι μάλιστα. δῆλον τοίνυν,
 ὅτι καὶ τὴν γιγνομένην ἀπὸ τοῦ φρονεῖν καὶ
 θεωρεῖν ἠδονὴν ἢ μόνην ἢ μάλιστα ἀναγκαῖον
 ἀπὸ τοῦ ζῆν εἶναι. τὸ ζῆν ἄρα ἠδέως καὶ τὸ
 χαίρειν ὡς ἀληθῶς ἦτοι μόνους ἢ μάλιστα
 ὑπάρχει τοῖς φιλοσόφοις. ἢ γὰρ¹⁷⁾ τῶν
 ἀληθεστάτων νοήσεων ἐνέργεια καὶ ἀπὸ τῶν
 μάλιστα ὧν πληρουμένη καὶ στέγουσα αἰετ

Arc. edit. exstat, sed iam a Vulcanio correctum est,
 Paulo ante scripsi τοῦτον ἠδεσθαι pro τοῦτο ἠδ., vt
 vulgo legitur.

15) ἐροῦμεν] Sic Cd. Ciz. In Arc. edit. καὶ ἐροῦμεν.
 Tum pro λυπηράν, quod cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz.
 defendit, in Cd. Par. est πικράν.

16) ἢ χαίρειν] In Cd. Ciz. ἢ, quod edit. Arc. habet, non
 legitur.

motum appellabimus suauem aut molestum, non ob ea, quibus praesentibus contingat, vt aut doleamus aut laetemur, sed quorum praesentia omnes et dolemus et laetamur. Atque vitam similiter suauem eam appellabimus, cuius praesentia iis, qui tali vita fruuntur, sit suauis, atque suauiter viuere non omnes contendemus, quibus in vita contingit, vt laentur, sed quibus vita ipsa sit suauis, quique ex vita percipiant voluptatem. Quapropter asseueramus, vigilantem magis viuere, quam dormientem, sapientem magis, quam insipientem: voluptatem autem ex vita perceptam, quae quidem oriatur ex vitae usu, ad animum pertinere contendimus: nam hoc est vere viuere. Iam si multiplex est animi vsus, omnium autem praestantissimus is, qui in eo cernitur, quod quam maxime intelligamus: manifestum est, etiam voluptatem, quae oriatur ex intelligendo, aut solam aut maxime necesse esse e viuendo proficisci: suauiter igitur viuere et reuera laetari aut solis aut maxime contingit philosophis. Ea enim actio, quae pertinet ad verissimas cogitationes, quaeque iis, quae omnium maxime reuera sunt, abundat, semperque cum con-

17) ἡ γὰρ] Art. ἡ, qui legitur in Cd. Ciz., desideratur in Arc. edit. Tum pro *μολίμως* in Cd. Ciz. vitiose *μονίμως*. Denique in verbis *δι' αὐτὸ τὸ* articulus *τὸ* in Cd. Ciz. excidit, exstat in Arc. editione.

μονίμως τὴν ἐνδεδομένην τελειότητα αὐτῆ πασῶν ἐστὶ καὶ πρὸς εὐφροσύνην ἀνυσιμωτάτη· ὥστε καὶ δι' αὐτὸ τὸ χαίρειν τὰς ἀληθεῖς καὶ ἀγαθὰς ἡδονὰς φιλοσοφητέον ἐστὶ τοῖς ἀρῶν ἔχουσιν.

K E Φ. ιβ.

Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον ἀπὸ τῶν μερῶν ¹⁾ τοῦτο συλλογίσασθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὅλης εὐδαιμονίας ἀνωθεν τὸ αὐτὸ κατασκευάσαι, λέγομεν ²⁾ διαρρήδη, ὅτι δὴ, ὡς ἔχει πρὸς εὐδαιμονίαν τὸ φιλοσοφεῖν, οὕτω καὶ πρὸς τὸ σπουδαῖον ³⁾ ἡμῖν ἢ φαῦλον εἶναι αὐτὸ διακεῖσθαι. πάντα γὰρ τὰ μὲν ⁴⁾ πρὸς τοῦτο, τὰ δὲ διὰ τοῦτο πᾶσιν αἰρετέον εἶναι, καὶ τὰ μὲν ὡς ἀναγκαῖα τῶν πραγμάτων, τὰ δὲ ἡδέα, δι' ὧν εὐδαιμονοῦμεν. οὐκοῦν τὴν εὐδαιμονίαν τιθέμεθα ἢτοι φρόνησιν εἶναι καὶ τινα σοφίαν, ἢ τὴν ἀρετὴν, ἢ τὸ μά-
λιστα χαίρειν, ἢ πάντα ταῦτα ⁵⁾. οὐκοῦν εἴτε φρόνησις ἐστὶ, φανερόν, ὅτι μόνοις

1) μερῶν] Ita recte Cd. Ciz., in edit. Arc. μερῶν. Eadem edit. deinde vitiose συλλογίσασθαι, sed Cdd. Ciz. et Par. συλλογίσασθαι.

2) λέγομεν] Indicativum pro λέγομεν, quod exstat in edit. Arc. et Cd. Ciz., e Cd. Par. vt conuenientiore huic loco recepi. Idem Cod. Par. pro ὅτι δὴ, quod tuentur edit. Arc. et Cd. Ciz., habet ὅτι δεῖ. Sed δεῖ huic loco non aptum est, neque insolens est, ὅτι strui cum infinitiuo, praesertim si inter ὅτι et verbum nonnulla interposita sunt.

3) πρὸς τὸ σπουδαῖον κ. τ. λ.] Haec corrupta sunt; nam nullo modo philosophiae studium dici potest eo valere,

stantia perfectionem propositam tuetur, haec etiam ad laetitiam efficiendam omnium est aptissima. Quamobrem etiam ideo, ut veras et probas voluptates percipiant, omnibus, qui mente gaudent, est philosophandum.

C A P. XII.

Si autem hoc non solum ex partibus est colligendum, sed etiam re altius ab vniuersa felicitate repetita adseuerandum, aperte profiteremur, quemadmodum ad felicitatem philosophia se habet, eodem eam modo ad id comparatam esse, ut nobis potius id, quod per se ipsum expetitur, quam quod vile est, contingat. Omnia enim partim ad hoc, partim propter hoc omnibus sunt expetenda, et alia quidem ut necessaria, alia ut suauia, quibus beati sumus. Felicitatem itaque statuimus esse aut intelligentiam, aut sapientiam quandam, aut virtutem, aut summam laetitiam, aut haec vniuersa. Siue igitur prudentia est,

ut nobis adsit *σπουδαῖον ἢ φαῦλον*. Videtur post *ἡμῖν* excidisse *μᾶλλον*: quam rationem in interpretatione latina secutus sum; quamquam ne sic quidem omnem loci difficultatem esse sublatam intelligo.

4) *τὰ μὲν*] Ita recte edit. Arc. et Cd. Ciz. Sed Cd. Par. *τὰ μὲν*. In his autem verbis *πρὸς τοῦτο* et *διὰ τοῦτο* pronomen *τοῦτο* pertinet ad *εὐδαιμονίαν*, quasi scriptum sit *πρὸς τὰ εὐδαιμονεῖν*.

5) *ἢ πάντα ταῦτα*] Particulam *ἢ*, quae neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. exstat, cum Vulcanio addidi, idque iure factum esse, ostendunt haec verba, quae infra leguntur: *κἂν πάντα ταῦτα κ. τ. λ.*

ἂν ὑπάρχοι ⁶⁾ τοῖς φιλοσόφοις τὸ ζῆν εὐδαι-
μόνως, εἴτε ἀρετὴ ψυχῆς, ἢ τὸ χαίρειν, καὶ
οὕτως ἢ μόνοις ἢ μάλιστα πάντων· ἀρετὴ
γάρ ἐστι τὸ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν, ἡδιστόν
τε πάντων ἐστὶν ὡς ἓν πρὸς ἓν ⁷⁾ ἢ φρόνησις.
ὁμοίως δὲ, καὶ ταῦτα ⁸⁾ πάντα ταῦτα φῆ-
τις εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ὁριστέον ἐστὶ τὸ
φρονεῖν. ὥστε φιλοσοφητέον ἂν εἴη πᾶσι τοῖς
δυναμένοις· ἢ γὰρ τοι ⁹⁾ τοῦτ' ἐστὶ τὸ τελέως
εὖ ζῆν, ἢ μάλιστα γὰρ πάντων, ὡς ἓν εἰπεῖν,
αἴτιον ταῖς ψυχαῖς. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν διὰ
τὸ παρὰ φύσιν ἴσως εἶναι τὸ γένος ἡμῶν χα-
λεπὸν τὸ μανθάνειν καὶ σκοπεῖν ἐστί, καὶ
μόλις αἰσθάνοιτο ¹⁰⁾ διὰ τὴν εὐφυΐαν καὶ τὴν
παρὰ φύσιν ζωὴν. εἰ δὲ ποτε δυνηθῶμεν
σωθῆναι πάλιν, ὅθεν ἐληλύθαμεν, δῆλον,
ὡς ἡδίων καὶ ῥᾶον αὐτὸ ποιήσομεν πάντη.
νῦν μὲν γὰρ ἀφειμένοι ¹¹⁾ τῶν ἀγαθῶν δια-
τελοῦμεν πρᾶττοντες τὰ ἀναγκαῖα, καὶ
μάλιστα πάντων οἱ μάλιστα μακάριοι δοκοῦν-
τες εἶναι τοῖς πολλοῖς· εἰ δὲ τῆς οὐρανίας

6) ὑπάρχοι] Ita recte Cdd. Ciz. et Pat. In edit. Arc. ὑπάρχει. Paulo post pro ψυχῆς, ut recte Cd. Ciz., in edit. Arc. est ψυχῆ, vnde Scalig. finxit ψιλή.

7) ὡς ἓν πρὸς ἓν] Formulam ἓν πρὸς ἓν, alterum cum altero comparando, e Thucyd. notavit Stephan. in Thes.

8) καὶ ταῦτα] Sic Cd. Ciz. In edit. Arc. ἐνταῦθα. Deinde pro ὁριστέον, quod cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz. tueretur, Vulcanius mauult ἀρετέον, qua correctione nihil opus.

9) ἢ γὰρ τοι] Ita recte edit. Arc.; etenim ἦτοι, cui respondet ἦ, quod sequitur, disjunctum est. In Cd. Ciz. ἢ γὰρ τοι.

patet, solis philosophis vitae felicitatem contingere, siue animi virtus, siue laetitia, ea etiam ita philosophi aut soli aut omnium maxime patiuntur. Virtus enim eorum, quae nostra sunt, est praestantissimum, omniumque suauissimum, si alterum cum altero comparatur, prudentia. Similiter, si quis haec omnia eiusdem generis et felicitatem esse dixerit, prudentia constituenda est. Quamobrem philosophandum fuerit omnibus, qui possunt. Nam hoc sane aut est perfecte bene viuere, aut maxime omnium, vt brevibus complectar, in causa, vt animi hanc vitam consequantur. Sed in hac terra, quia fortasse genus nostrum contra naturam factum est, nobis difficile est discere et inuestigare, et propter malam indolem vitamque naturae aduersantem illius rei vix sensum homo habere potest. Si autem olim eo, vnde egressi sumus, salui potuerimus redire, manifestum est, nos id et suauius et facilius omnino esse facturos. Nunc enim bonis relictis perpetuo agimus necessaria, et omnium maxime ii, qui multitudini beatissimi esse videntur. Si

10) ἀισθάνονται] Ad hoc verbum τις intelligendum, at non, quod Arc. vult, addendum est. Pro εὐφύτων autem potius δυσφύτων expectaueris, idque in interpretatione latina expressi.

11) ἀφειμένοι] Ita Cdd. Ciz. et Par. In Arc. edit. ἀφοιμένοι, culpa typographi.

ὁδοῦ λαβώμεθα καὶ περὶ τὸ σύννομον ¹²⁾ ἄστρον τὴν ζωὴν τὴν ἑαυτῶν ἀπερείσωμεν ¹³⁾, τότε φιλοσοφήσομεν ¹⁴⁾ ζῶντες ἀληθῶς καὶ θεώμενοι θεωρίας ἀμηγάνους, τὸ κάλλος ἀτενίζοντες τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀραρότως ¹⁵⁾, καὶ θεώμενοι τὴν τῶν θεῶν ἀρχὴν εὐφραίνόμενοι καὶ χαίροντες συνεχῶς ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν, ἠδόμενοι χωρὶς πάσης λύπης. Οὕτως σὺν ἐπιόντες εἰς πᾶσαν εὐδαιμονίαν εὐρίσκομεν ἡμῖν συμβαλλόμενον τὸ φιλοσοφεῖν· διόπερ αὐτοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι ἄξιον ὡς σπουδαιοτάτου μάλιστα ἡμῖν προσήκοντος.

Κ Ε Φ. ιγ.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν περὶ φιλοσοφίας ἐννοιῶν ποιήσασθαι τινα ἐπὶ τούτῳ ¹⁾ παράκλησιν, ἴδι δὴ καὶ ἀπὸ τούτων ἐπέλθωμεν οὕτως. Κινδυνεύουσιν ²⁾, ὅσοι τυγχάνουσιν ³⁾ ὀρθῶς ἀπτόμενοι φιλοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοῖ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι· καὶ μάλα

12) σύννομον] Ita recte emendavit Scal. et ante eum iam Arceus in Castigatt. σύννομον, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. exstat. Sumtum est hoc σύννομον ἄστρον ex Platonis Timaeo, p. 327. Bip.

13) ἀπερείσωμεν] Ἀπερείδειν τὴν ζωὴν h. l. simpliciter est vitam degere. Budaeus p. 701. ex Phalarid. ep. notavit ἀπερείσασθαι βίον, vitam effundere et proiicere.

14) φιλοσοφήσομεν] Ita Cd. Ciz. In Arc. edit. φιλοσοφήσωμεν.

15) ἀραρότως] Ita recte edit. Arc. quod coniungendum cum πρὸς τὴν ἀλήθειαν. In Cd. Ciz. ἀραρότος. — Pro

autem coelestem viam ingressi erimus et in cognato sidere vitam agemus, tum philosophabimur vera vita fruente et difficillimis contemplationibus occupati, pulcritudinem animo intuentes veritate seruata, atque contemplantes deorum imperium cum laetitia, perpetuumque gaudium ex contemplando percipientes, voluptate nullo dolore immutata. Hanc igitur viam ingredienti philosophiam ad omnem felicitatem nobis prodesse intelligimus: quapropter ut res praestantissima studio nostro digna affectanda est.

C A P. XIII.

Si autem etiam a philosophicis sententiis cohortatio huc concitans adhibenda est, age etiam inde rem ita aggrediamur. Videtur ceteros homines latere, eos, qui philosophiam recte tractant, nihil aliud commentari, quam mori et mortuos esse. Atque

ἡδόμενοι, ut recte in edit. Arc., in Cd. Ciz. est ἡδόμενος.

- 1) ἐπὶ τοῦτο] Sic Scal. correxit ἐπὶ τοῦτον, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur. Tum ἴθι recte habent Cdd. Ciz. et Par. pro ἴθι, quod edit. Arc. praebet et iam Vulcan. correxit. Particulam καὶ e Cd. Ciz. addidi.
- 2) κινδυνεύουσιν κ. τ. λ.] Hic locus, haud tamen ad verbum, desumptus est e Platonis Phaedone, edit. Heindorf. p. 34. sqq. Wyttenb. p. 13. sqq.
- 3) τυγχάνουσιν] Ita Cd. Ciz. In edit. Arc. τυγχάνωσι.

εικότως· κέληθε γὰρ τοὺς πολλοὺς, ἢ τε 4) θανατῶσι καὶ ἢ ἄξιοί εἰσι θανάτου καὶ οἴου θανάτου 5) οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι. θάνατος μὲν οὖν ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι, ἢ ἢ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴ, καὶ ἐστὶ τοῦτο τὸ τεθνήσκειν 6), χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὴν αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος 7) ἀπαλλαγεῖσθαι αὐτὴν καθ' αὐτὴν εἶναι. τοῦτου δὲ 8) οὖν οὕτως ἔχοντος, εικότως δὲ οὐκ ἔστι φιλοσόφου ἀνδρὸς ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάσδε, οἷον σίτων τε καὶ ποτῶν, οὐδὲ τὰς τῶν ἀφροδισίων· ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὸ σῶμα θεραπείας ἐντίμους ἠγῆσεται ὁ τοιοῦτος, οἷον ἱματίων διαφερόντων κτήσεις καὶ ὑποδημάτων, καὶ τοὺς ἄλλους καλλωπισμοὺς τοὺς περὶ τὸ σῶμα οὐ τιμᾶ, ἀτιμάζει δὲ, καθόσον μὴ πολλὴ ἀνάγκη μετέχειν αὐτῶν 9). ὅλως δοκεῖ

4) ἢ τε — ἢ] Sic scripsi e Platone. In edit. Arc. et Cd. Ciz. ἢ τε — ἢ, qui potius est scribendi error, quam diuersa lectio. Solet enim iota subscribendum in codicibus saepissime omitti. Scaliger tamen pro ἢ τε scribere voluit εἶτε. Tum pro ἢ ἄξιοί εἰσι, vt recte Cdd. Ciz. et Par., edit. Arc. habet ἢ ἄξιον εἰσι.

5) καὶ οἴου θανάτου] Haec verba, quae exstant et in edit. Arc. et in Cd. Ciz., Platoni ex huius codicibus Tub. Par. et Iamblichō Heindorfius reddidit; non reddidit Wyttenbachius, licet et ipse eas auctoritates attulerit, vt, cur non in ordinem receperit, mireris.

6) τοῦτο τὸ τεθνήσκειν] Ita Arc. et Cd. Ciz. In Cd. Par. deest art. τό, idemque aberat a Platonis exemplaribus ante Heindorf., qui eum ex Iambl. et Cd. Tub. recepit. Wyttenb. articuli absentia non offensus nihil ad hunc

merito quidem. Ignorat enim vulgus, qua ratione veri philosophi mori studeant et morte sint digni, et qua morte. Atque mors quidem nihil aliud est, quam animi a corpore solutio, et mortuum esse in eo cernitur, quod et corpus ab animo solutum per se solum subsistat, et animus a corpore solutus per se solus subsistat. Quod quum ita sit, merito sane non est philosophi, sectari eas, quae appellantur, voluptates, quales sunt epularum atque poculorum, neque rerum venerarum: at ne reliquum quidem corporis cultum philosophus magni faciet, qui versatur in vestibis egregiis et calceis parandis. Etiam reliqua, quae ad corpus pertinent, ornamenta non magni aestimat, potius nihili pendit, nisi quatenus magna cogit necessitas eius uti. Omnino igitur videtur huius ho-

locum adnotavit. Mihi quidem iure videtur omitti, quum ante *χωρισ μὲν* idem non repetatur, et infra haec legantur: *τοῦτο δὲ θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.*

7) *τοῦ σώματος*] Ita Arc. edit. et Cd. Ciz., ut vulgo in Platone, etiam in Wyttenbachii editione. Heindorf. e Cd. Tub. dedit *ἀπὸ τοῦ σώματος.*

8) *τούτου δὲ*] Ita Cd. Ciz. In Cd. Par. et edit. Arc. *τούτου δὲ.* Paulo post *σιτίων* edit. Arc. et Cd. Ciz., at Cd. Par. *σιτίων.* De utraque forma cf. Heindorf. p. 37.

Wolf. zu Platons Phaedon p. 54. censet, *σιτία* fuisse formam antiquiorem.

9) *μυστέχειν αὐτῶν*] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. *αὐτό* pro *αὐτῶν.* Paulo post pro *τούτου*, quod cum edit. Arc. tuetur Cd. Ciz., in Plat. est *τοῦ τοιούτου.*

ἢ τούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ, καθόσον δύναται, ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι. καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις οὖν δῆλός ἐστιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ¹⁰⁾ ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαφερόντως τῶν ἄλλων, καὶ δοκεῖ γέ που διὰ τοῦτο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδέν ¹¹⁾ ἢ δὲ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει ¹²⁾ αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδέν φροντίζων τῶν ἡδονῶν, αἷ διὰ τοῦ σώματος εἶσι. Καὶ μὴν περὶ γε αὐτὴν τῆς φρονήσεως ¹³⁾ κτήσιν ἐμπόδιον τὸ σῶμα, εἴαν τις αὐτὸ ἐν τῇ ζητήσει κοινωνὸν συμπαραλαμβάνῃ. οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· οὐκ ἔχει ἀλήθειάν τινα ὄψις τε καὶ ἀκοή τοῖς ἀνθρώποις. τὰ γὰρ τοιαῦτα οἱ ποιηταὶ ἀεὶ ἡμῖν θρυλλοῦσιν ¹⁴⁾, ὅτι οὔτε ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν οὔτε ὁρῶμεν, καίτοι εἰ αὐταὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἶσι μηδὲ σαφεῖς ¹⁵⁾, σχολῇ αἱ γὰρ ἄλλαι· πᾶσαι γάρ που τούτων φαυλότεραί

10) ἀπολύων] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Cd. Par. ἀποκλύων.

11) ᾧ μηδέν] Ita Cd. Ciz. In Cd. Par. ᾧν μηδέν, in edit. Arc. ἐν μηδέν, ex quo Scal. fecit εἰ μηδέν, quod vni que mireris, quum Scal. haud dubiè non fugerit, Platonis, non Iamblichii hinc se legere verba. — Datium ἀνθρώποις in Plat. recepit Heindorf.; at potest ἀνθρώπων retineri, modo sic orationem interpungas: τοῖς πολλοῖς, ἀνθρώπων ᾧ κ. τ. λ.

12) μετέχει] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. Sed in Cd. Par.

minis studium non circa corpus versari, sed, quantum fieri potest, ab illo remotum et ad animum conuersum esse. Atque in huiusmodi quidem rebus manifestum est, philosophum praeter ceteros homines animum, quam maxime potest, a commercio corporis segregare. Et putant fortasse plerique, eum, cui nihil horum dulce sit, quique iis non fruatur, viuere operae pretium non esse, sed prope abesse a morte eum, qui voluptates, quae corpore percipiuntur, non sectetur. Praeterea in ipsa sapientia acquirenda impedimento est corpus, si quis illud in quaerendo socium assumserit. Quod sic intelligo: non inest veritas hominibus in visu et auditu. Haec enim semper poetae nobis canunt, nihil nos accurate audire, aut videre. Atqui si hi corporis sensus neque accurati sunt neque certi, vix sunt ceteri: nam omnes adeo

μετέχειν, vt nonnulli Cdd. Plat. apud Wyttenb. —
Tum pro *ἄξιον* in Cd. Par. *ἄξιοι*,

13) *αὐτήν τῆς φρον.*] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone recte *αὐτήν τήν*. Paulo post pro *τοιόνδε* et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur *τοιόν τε*.

14) *θουλλοῦσιν*] In Cd. Ciz. *θρηλλοῦσιν*. Versum Epicharmi, de quo conf. Wyttenbach. ad Phaed. p. 151. Scaliger sic emendatum adscripsit:

νοῦς ὄρα καὶ νοῦς ἀκούει, τᾶλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

15) *μηδὲ σαφεῖς*] In Cd. Ciz. *ἠδὲ σαφεῖς*. Tum *αἱ γε ἄλλαι* ed. Arc. et Cd. Ciz. cum Plat. Cd. Tub. apud Heindorf. Vulgo in Platone *σχολῇ γε αἱ ἄλλαι*.

εἶσιν. οὐκοῦν εἰ ἢ ψυχὴ ¹⁶⁾ τῆς ἀληθείας ἀποτυγχάνει, ὅταν μετὰ τοῦ σώματος ἐπιχειρῇ τι σκοπεῖν· δῆλον γὰρ, ὅτι τότε ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτοῦ· πάντως που ἐν τῷ λογίζεσθαι, εἶπερ που ἄλλοθι, κατάδηλον αὐτῇ γίγνεται τι τῶν ὄντων. λογίζεται δέ γέ που τότε ¹⁷⁾ κάλλιστα, ὅταν αὐτὴν τούτων ¹⁸⁾ μηδὲν παραλυτῆ μίτε ἀκοή μίτε ὄψις μίτε ἀλγηδῶν μίτε τις ἡδονή, ἀλλ' ὅτι μάλιστα αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίγνηται εἴωσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ, καθόσον δύναται, μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ, μηδὲ ἀπτομένη ὀρέγεται τοῦ ὄντος. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἢ τοῦ φιλοσόφου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα καὶ φεύγει ὑπ' αὐτοῦ, ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὐτὴν γίνεσθαι. Μάλιστα δὲ ἔσται τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῆς τῶν εἰδῶν θεωρίας. τὸ γὰρ δίκαιον ¹⁹⁾ αὐτὸ καὶ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ πάντα, οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τὸ ὃ ἔστιν ²⁰⁾, οὐδὲ πώποτε τις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδεν ²¹⁾, οὐδὲ ἄλλη τινὲ αἰσθήσει τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐφήματα αὐτῶν, ἀλλ' ὅς ἂν ²²⁾ μάλιστα ἡμῶν καὶ

16) ἢ ψυχῇ] Cd. Par. ἢ ἀληθῆ. Paulo post Cd. Ciz. ἐξαπατᾶται.

17) που τότε] Sic e Platone contexti vitiosam edit. Arc. et Cd. Ciz. scripturam ποῦ ποτὲ.

18) αὐτὴν τούτων] Cd. Par. αὐτὴ τούτων. Pro παραλυτῆ Cd. Ciz. παραλυτῆ. Paulo post pro αὐτὴ καθ' αὐτὴν (αὐτῆ. Cd. Par.) edit. Arc. αὐτὴν καθ' αὐτὴν. Pro γίγνηται Cd. Par. γίγνεται, idemque ὀρέγεται.

19) τὸ γὰρ δίκαιον κ. τ. λ.] Haec leguntur in Phaed. p. 86. edit. Heindorf. p. 51. edit. Wyttenb.

his sunt deteriores. Quamobrem si animus veritatem non attingit, quando cum corpore aliquid inuestigare tentat; patet enim, eum tum a corpore decipi; haud dubie in ratiocinando, si vsquam alibi, aliquid eorum, quae vere sunt, ei fit manifestum. Ratiocinatur autem tunc fere optime, quando eum nihil horum perturbat neque auditus, neque visus, neque dolor, neque voluptas aliqua, sed quam maxime per se solus est, relicto corpore, neque quicquam, quoad fieri potest, cum illo communicans, neque attingens, ipsum, quod vere est, affectat. Igitur et in hoc philosophi animus maxime contemnit corpus ab eoque aufugit, quaeritque secundum se ipsum viuere. Maxime autem hoc intelligetur ex idearum contemplatione. Nam iustum ipsum et pulcrum et bonum et omnia, quibus essentiae signum imprimimus, neque vnquam aliquis oculis vidit, neque alio corporis sensu percepit, sed qui nostrum maxime se comparauit, singula quae in-

20) τὸ ὃ ἔστιν] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., accentu in ἔστιν omisso, atque haec lectio in Platone videtur restituenda esse pro τοῦτο ὃ ἔστι. Heindorf. vtramque lectionem coniungere vult in τοῦτο τὸ ὃ ἔστι, quod vix probandum. Wyttenbach. Iamblichi lectionem non commemorauit.

21) τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδεν κ. τ. λ.] E Phaedone p. 41 sqq. ed. Heindorf. p. 16 sqq. Wyt.

22) ὃς ἄν] In edit. Arc. et Cd. Ciz. ὃς ἄν. Tum pro παρυσκενάζηται, quod cum Plat. edd. tuetur Cd. Ciz., in Arc. edit. est παρυσκενάζηται.

ἀκριβέστατα παρασκευάσεται αὐτὸ ἕκαστον
 διανοηθῆναι περὶ οὗ ὁ σκοπὸς ²³⁾, οὗτος ἀν
 ἐγγύτατα ἴοι τοῦ γινῶναι ἕκαστον. οὐκοῦν
 ἐκεῖνος ἀν τοῦτο ποιήσειε ²⁴⁾ καθαρῶτατα,
 ὅστις ὅτι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ'
 ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν
 τῷ διανοεῖσθαι μήτε ἄλλην αἰσθησὶν ἐφέλκων
 μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ'
 αὐτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ
 καθ' αὐτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροῖ ²⁵⁾
 θηρεῖεν τῶν ὄντων ἀπαλλαγεῖς ὅτι μάλιστα
 ὀφθαλμῶν τε καὶ ὠτῶν, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν,
 εὐμπαντος τοῦ σώματος ὡς ταράττοντος καὶ
 οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀλήθειάν
 τε καὶ φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ. οὗτος ἕκαστος
 ἐστίν, εἴπερ τις ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ
 ὄντος. ἀνάγκη δὴ οὖν ἐκ πάντων τούτων
 παρίστασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνη-
 σίοις ²⁶⁾ φιλοσόφοις, ὥστε καὶ πρὸς ἀλλή-
 λους τοιαῦτα λέγειν, ὅτι κινδυνεύει τις ²⁷⁾
 ὥσπερ ἀτραπὸς ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου
 ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως ἀν τὸ σῶμα ἔχωμεν

²³⁾ περὶ οὗ ὁ σκοπός] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat.
 est περὶ οὗ σκοπεῖ, quam Iamblichus scripturam pro
 arbitrio mutavit, ita ut ὁ σκοπός idem sit quod ἡ σκέψις,
 meditatio, quae vis serius illi vocabulo est addita.

²⁴⁾ ποιήσειε] Cd. Ciz. ποιήσειεν.

²⁵⁾ ἐπιχειροῖ] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., hancque lectio-
 nem Heindorf, recepit. Wyttenb. in textu reliquit
 lectionem ante Turnebum vulgatam ἐπιχειρεῖ, quod ἵος
 praegressum respuit. Annotatio silet.

vestigat, quam accuratissime mentē contem-
plari, hic proxime accedet ad quamque rem
cognoscendam. Quamobrem ille id integer-
rime faciet, qui quam maxime ipsa mente
accesserit ad quamlibet rem, neque visum in
cogitando adhibens, neque alium sensum
ratiocinationi coniungens, sed ipsa per se
cogitatione sincera utens ipsum per se quod-
libet eorum, quae sunt, sincerum venari
studebit quam maxime ab oculis, ab auribus,
et, ut summam dicam, a toto corpore liber
utpote perturbante animum, neque permit-
tente, ubi in societatem recipiatur, ut animus
veritatem et sapientiam assequatur. Hic
enim, si quis alius, id quod vere est, asse-
quetur. Ex his omnibus igitur necessario
sequitur, opinionem eiusmodi veris philoso-
phis usque adeo constare debere, ut inter se
talia fere loquantur, videri nos cum ratione
in contemplando semita quadam educi, quod,
quamdiu corpus habeamus, animusque

26) τοῖς γνησίοις] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat.
τοῖς γνησίοις. Ibidem paulo post τοιαῦτα αἴτια, sed in
edit. Arc. et Cd. Ciz. αἴτια deest.

27) ἀνδραγαθία τις] In edit. Arc. et Cd. Ciz. τι, sed in
Cd. Par. τῷ, unde coniicias τοῦ, ut vulgo in Platone.
Τίς: scripsi cum Heindorfio. Totius loci sententiam
sic constituerim: „Nobis cum ratione, i. e., et rationi
quasi semita relictā est, qua in rebus inuestigandis ex
sensuum perturbationibus eundem et ad aliquam veri
cognitionem perueniamus.“ *Ἐπέχειν* non tam est ad
exitum ducere, ut Wyttenb. interpretatur, quam quod
nos dicimus *ins Freye führen*.

καὶ συμπεφυρμένη ἢ 28) ἡμῶν ἢ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιοῦτου κακοῦ, οὐ μήποτε κτησόμεθα ἱκανῶς, οὐκ ἐπιθυμοῦμεν. φησὶν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. μυρίας μὲν γὰρ ἡμῶν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφήν· ἔτι δὲ, ἂν τινες νόσοι προσπέσωσιν, ἐμποδίζουσιν ἡμῶν τὴν τοῦ ὄντος θήραν ἐρώτων δὲ 29) καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπύλησιν ἡμᾶς· ὥστε τὸ λεγόμενον ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται οὐδέποτε οὐδέν. καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει, ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρησίμων 30) κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίνονται, τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ, καὶ ἐκ τούτου ἀσχολίαν ἄγομεν φιλοσοφίας περὶ διὰ πάντα ταῦτα 31). τὸ δὲ ἔσχατον πάντων, ὅτι, εἰάν τις ἡμῖν καὶ σχολὴ γένηται ἂν αὐτοῦ καὶ τραπώμεθα πρὸς τὸ σκοπεῖν τι, ἐν ταῖς ζητήσεσιν αὐτῶν πανταχοῦ παραπίπτει θόρυβον παρέχει καὶ ταραχὴν καὶ ἐκπλήττει, ὥστε μὴ δύνασθαι ὑπ' αὐτοῦ καθορᾶν τὰληθές.

28) συμπεφυρμένη ἢ] Ita Arc. edit. cum Platone. In Cd. Ciz. deest η. Deinde pro οὐκ et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. est οὐκ. Pro κτησόμεθα autem, vt Dawesius, iam Scaliger κτησόμεθα scribere voluit, cui rationi Heindorf. p. 44. recte oblocutus est.

29) ἐρώτων δὲ] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. ἐρ. τι. Tum post ἡμᾶς etiam in Cd. Ciz. deest πολλῆς.

noster tanto malo sit admixtus, nunquam id, quod desideremus, abunde consequamur. Affirmamus autem, hoc esse veritatem. Impedimenta enim pene innumerabilia nobis corpus praebet propter necessariam eius alimoniam. Praeterea morbi nobis hinc incidentes, inuestigationem veritatis impediunt: amoribus, cupiditatibus, timoribus, variisque imaginibus et nugis nos implet, vt verissime dicatur, nunquam nobis ab illo permitti, vt quicquam rectum sapiamus. Nam ad bella, ad seditiones, ad pugnas nihil aliud quam corpus eiusque cupiditates impellunt. Omnia enim bella pecuniarum gratia fiunt, pecunias autem quaerere cogimur corporis gratia, cultui eius inseruientes, atque ita fit, vt propter haec omnia a philosophiae studiis abstrahamur. Extremum vero omnium est, quod, si quid ab ipso otii nobis contingat, nosque ad considerandum aliquid conferamus, inuestigantibus nobis rursus vbique sese opponens tumultu quodam perturbat animum et quasi percutiens reddit attonitum, adeo vt hoc obstaculo impediti verum perspicere nequeamus. Caeterum nobis reuera

30) τῶν χρησίμων] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., pro quo in Platone est τῶν χρημάτων.

31) διὰ πάντα ταῦτα] Hunc verborum ordinem ab edit. Arc. et Cd. Ciz. firmatum Heindorf. Platoni pro διὰ ταῦτα πάντα restituit.

ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται, ὅτι, εἰ μέλλομέν ποτε καθαρῶς τι εἰσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτοῦ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται, οὐ ἐπιθυμοῦμέν τε καὶ φασμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρόνησις 32), ἐπειδὴν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ οὐ. εἰ γὰρ μὴ οἶόν τε μὲτὰ τοῦ σώματος μηδὲν καθαρῶς γινῶναι, δυοῖν θάτερον 33), ἢ οὐδαμοῦ ἐστὶ κτίσασθαι τὸ εἰδέναι, ἢ τελευτήσασθαι. τότε γὰρ αὐτῇ καθ' αὐτὴν ἔσται ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, πρότερον δὲ οὐ. καὶ ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν, οὕτως 34), ὡς ἔοικεν, ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, εἰάν ὅτι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι μηδὲ κοιτωνῶμεν, ὅτι μὴ 35) πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρῶν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. καὶ οὕτως μὲν καθαρὸν ἀπαλλακτόμενον τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης, ὡς τὸ εἶκόσ, μετὰ τοιούτων

32) φρόνησις] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. φρονησιως. Conf. F. A. Wolfius ad Demosth. contra Lept. p. 236, Paulo inferius hic locus occurrit: ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀντὶ οὗ πάντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις. Tum pro ζῶσι δὲ οὐ in Cd. Par. est ζῶσι δέος.

33) θάτερον] Ita e Plat. scripsi pro τὰ ἕτερα, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur.

34) οὕτως] Sic cum Platone Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. ὄντως. Quae vitiosa scriptura inductus Vulcanius h. l. haec monuit: „Plato οὕτως ὡς ἔοικεν, hoc autem

est demonstratum, si quando sumus pure aliquid intellecturi, recedere a corpore oportere atque ipso animo res ipsas considerare. Atque tunc, ut apparet, compotes euademus eius, quod affectamus, cuiusque amatores profiteamur nos esse, sapientiae, quum quidem mortui fuerimus, quemadmodum nostra indicat oratio: dum autem viuemus, nequaquam. Etenim si nihil cum corpore pure discerni potest, e duobus alterum valet: aut nunquam possumus scientiam consequi, aut post mortem. Tunc enim animus ipse per se ipsum erit seorsum a corpore, prius vero nequaquam. Atque dum viuimus, ita, ut videtur, proxime ad scientiam accedemus, si quam minimum cum corpore commercium habuerimus, neque quicquam cum illo communicauerimus, nisi quantum summa cogat necessitas: neque huius natura replebimur, sed ab eius contagione cauebimus, quoad deus ipse nos soluat: atque ita puri et a corporis insipientia liberati, ut consentaneum

dicat propter illa, quae ex Gorgia c. 17. citata leguntur, ita ut oppositum hic menti Platonis irrepserit. Hanc enim vitam, quam viuere nobis videmur, *ὄντως* seu reuera vitam esse passim negat.

35) *ὄτι μὴ*] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., ut in Platone post Stephanum ante Heindorf. legebatur, qui ex edit. vett. scripsit *ὅ, τι μὴ*. Non continuo proscribendum esse *ὄτι μὴ*, docent ea, quae ad Viger. p. 804. monuit Hermannus. — Deinde pro *καθαρεύουσιν* et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. est *καθαρεύουσι*.

τε³⁶⁾ ἐδόμεθα καὶ γνωσόμεθα δι' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινές· τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τὸ ἀληθές. μὴ καθαρῶ γὰρ καθαρῶ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτόν, ἢ κάθαρσις³⁷⁾ δὲ τούτῳ συμβαίνει, ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τῷ χωρίζειν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν καὶ ἐθίσει αὐτὴν καθ' αὐτὴν πανταχόθεν³⁸⁾ ἐκ τοῦ σώματος συναγείρεσθαι τε καὶ ἀντροίξεσθαι καὶ οἰκεῖν κατὰ τὸ δυνατόν καὶ ἐν τῷ νῦν παρόντι καὶ ἐν τῷ ἔπειτα μόνῃ καθ' αὐτὴν ἐκλυομένην ὥσπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος· τοῦτο δὲ θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. λύειν δὲ γε αὐτὴν, ὡς φημεν, προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι³⁹⁾ οἱ φιλοσοφούντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτῶν τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ὥστε⁴⁰⁾ τὸ μέγιστον ἡμῖν ἀγαθὸν ἢ φιλοσοφία παρέχουσα, τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ γεννήσει δεσμῶν, περισπούδαστος ἂν εἴη διαφερόντως. Ἀλλὰ μὲν καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία τοῖς

36) τοιούτων τε] Ita edit. Arc. A Cd. Ciz. τε abest. Paulo post in Plat. est θεμιτόν ἢ, sed in edit. Arc. et Cd. Ciz. ἢ deest.

37) ἢ κάθαρσις] Art. ἢ, quem cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz. habet, non agnoscit Plato, in quo hic locus sic legitur: κάθαρσις δὲ εἶναι ἄρα οὐ τοῦτο συμβαίνει, ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τὸ χωρίζειν κ. τ. λ. Iamblichī scripturam non ausus sum mutare, quum sic explicari possit: purgatio eo contingit, peragitur etc.

38) πανταχόθεν — μόνῃ καθ' αὐτὴν] Hunc locum, quem Arcerius in suo codice non magis repererat, quam

est, cum talibus erimus, cognoscemusque per nos ipsos sincerum quodlibet, id est forsitan ipsum verum. Nam impuro quidem purum attingere nefas est. Purificatio vero in hoc consistit, quod iam dudum dicebamus, ut, quam maxime possumus, animum a corpore seiungamus, eumque adsuefaciamus per se vndique a corporis contagione seuocari et colligi, itaque, quoad eius fieri potest, habitare, idque et in praesenti tempore et in futuro a corpore solum per se tanquam corporis vinculis solutum. Hoc autem mors appellatur, solutio et separatio animae a corpore. Soluere vero ipsum, quemadmodum confitemur, omni tempore maxime ac soli student, qui recte philosophantur. Atque haec ipsa philosophorum meditatio est, animum a corpore solvere atque separare. Quapropter philosophia, quum nobis maximum bonum pariat, liberationem vinculorum, quibus animus iam inde a generatione constrictus tenetur, summo studio expetenda fuerit. Porro fortitudo eiusmodi viris maxime

in Cd. Ciz. exstat, cum Arcerio inserui, ut plena redderetur sententia. Idem Arcerius recte iudicat, omissionis causam praebuisse oscitanti librario καὶ αὐτὴν praecedens et subsequens.

39) καὶ μόνοι] E Platone. In edit. Arc. et Cd. Ciz. est μόνην. Paulo post scripsi ἀπὸ σώματος cum Plat. edit. et Arc. pro ἀπὸ τοῦ σώμ., ut Cd. Ciz. habet.

40) ὥστε — διαφερόντως] Sunt verba Iamblichi. Quae deinceps sequuntur, exscripta sunt e Platonis Phaedone

οὕτω διακειμένοις μάλιστα προσήκει, καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως, τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγοροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν. εἰ γὰρ ἐθέλεις ⁴¹⁾ ἐννοῆσαι τὴν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει σοι εἶναι ἄτοπος. οἶσθα γὰρ δήπου, ὅτι τὸν θάνατον ἠγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν ⁴²⁾. οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν. τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δεῖν ⁴³⁾ ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες, πλὴν οἱ φιλόσοφοι ἄλογόν τε ⁴⁴⁾ δεῖν τινὰ καὶ δειλία ἀνδρεῖον εἶναι. τί δὲ οἱ κόσμιοι αὐτῶν; οὐ ταῦτόν τοῦτο πεπόνθασιν, ἀκολασία τινὲ σώφρονες εἶναι ⁴⁵⁾; καίτοι φαμέν γε ⁴⁶⁾ ἀδύνατον εἶναι ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον τὸ

p. 55. sqq. Heindorf. p. 20. sqq. Wyttenbach. Pro παρέχουσα, vt recte edit. Arc., in Cd. Ciz. est παρέχούσαν.

41) ἐθέλεις] Ita cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz., vt Heindorf. in Platone pro vulgato ἐθέλησεις, quod Wyttenb. retinuit, recte scripsit. — Pro ἀνδρείαν, quod habent Cdd. Ciz. et Par., in edit. Arc. est ἀνδρίαν.

42) τῶν μεγάλων κακῶν] Ita Cdd. Ciz. et Par. In edit. Arc. τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι, quod Heindorf. recepit. In Wytt. editione legitur: τῶν μεγίστων κακῶν εἶναι. Tum post μειζόνων aequae in Cd. Ciz. atque in Arc. edit. omissum est κακῶν, quod habent Platonis editiones. Denique αὐτῶν scripsi e Platone pro αὐτῶν, quod erat in edit. Arc. et Cd. Ciz.

conuenit, etiam temperantia, quam quidem etiam multi eam esse aiunt, quae facit, ne cupiditatibus seruiamus, sed eas contemnamus, modestiamque seruemus, his duntaxat conuenit, qui corpus despiciunt maxime atque in philosophia viuunt. Si enim considerare velis fortitudinem temperantiamque aliorum, tibi perabsurda videbitur. Scis enim vtique, ceteros omnes mortem vnum ex maximis malis existimare. Igitur maiorum metu malorum quicumque inter eos fortes sunt, sustinent mortem, quando sustinent. Metuendo igitur atque metu fortes sunt omnes praeter philosophos, etsi absurdum est, metu vel timiditate aliquem esse fortem. Quid autem? qui inter eos moderati dicuntur, nonne simili modo affecti sunt, et intemperantia quadam temperati? quanquam id posse fieri negamus: veruntamen in illis est

43) δέει] Ita Cdd. Ciz. et Par. Edit. Arc. δέοι, sphalmate typographico.

44) ἄλογόν τε] Ita Cd. Ciz. Sed Arc. edit. καὶ τοῦ ἄλογόν τε. In Platone sic: καίτοι ἄτοπόν γε, quo vocabulo paulo ante Plato vsus est.

45) σώφρονες εἶναι] Ita Cd. Ciz. et edit. Arc. In Platone: σώφρονες εἶσι. Iamblichi lectionem, non contemnendam, neque Heindorf. neque Wyttenb. commemorauit.

46) φάμεν γε] Ita Cd. Ciz. In Cd. Par. φάμ. γέ που, vt in Platone. In edit. Arc. φάμεν [γέ που]. Hic igitur in suo cod. non nisi φάμεν legit.

πάθος 47) τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφρο-
σύνην. φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερη-
θῆναι καὶ ἐπιθυμοῦντες ἑκείνων ἄλλων ἀπέ-
χονται ὑπὸ ἄλλων κρατούμενοι. καίτοι κα-
λοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ ὑπὸ τῶν ἡδονῶν
ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως συμβαίνει αὐτοῖς κρα-
τούμενοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν τῶν ἄλλων
ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιον ἐστίν, ὡς νῦν δὴ
ἐλέγετο, τῷ 48) τρόπον τινὰ δι' ἀκολασίαν
αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. οὐ τοίνυν αὕτη ἐστὶν
ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγὴ 49) ἡδονῶν πρὸς
ἡδονῶν καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον
πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, μείζω πρὸς
ἐλάττω ὡςπερ νομίσματα, ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο 50)
μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀντὶ οὗ δεῖ πάντα
ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου
μὲν πάντα καὶ μετὰ τούτου 51) ἠνούμενά τε
καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι ἢ, καὶ ἀνδρεία
καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ συλλήβδην

47) ὅμοιον τὸ πάθος] Ita Cdd. Ciz. et Par., vt in Phae-
done scripsit Heindorf. In edit. Arc. ὅμοιοι [εἶναι].
Equidem spero, Heindorf. in Platone εἶναι reuocaturum
esse; nam συμβαίνει εἶναι idem est quod ἐστὶ, et ver-
borum structura in hunc modum instituenda: καὶ ὅμως
συμβαίνει εἶναι αὐτοῖς τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη
σωφροσύνην ὅμοιον τούτῳ. De formula συμβαίνει εἶναι
cf. Weisk. de pleonas. p. 118. sqq. Eam frequentem
esse apud Strab. observat Siebelis in symb. crit. et exeg.
ad Hellenica etc. p. 111.

48) ὡς νῦν δὴ ἐλέγετο, τῷ] Ita e. Platone scripsi pro
ὡς νῦν δὴ ἐλέγετο, sine art. τῷ, quod et in edit. Arc. et in
Cd. Ciz. exstat.

affectio quaedam huic similis in ista fatua temperantia. Timentes enim, ne aliis careant voluptatibus, easque appetentes a ceteris abstinent ab aliis superati: etsi vocant intemperantiam a voluptatibus superari. Veruntamen accidit iis, ut superati a voluptatibus alias superent voluptates. Iam vero id illi simile est, quod modo dicebatur, eos quodammodo per intemperantiam fieri temperatos. Atqui videndum est, ne haec haudquaquam recta sit ad virtutem via, voluptates voluptatibus, dolores doloribus, et metum metu, et maius minori tanquam numos commutare: sed ille duntaxat rectus sit numus, quo haec omnia oporteat commutari, prudentia, quo et cum quo omnia emta ac vendita reuera sint, et fortitudo et temperantia et iustitia, ac summatim vera virtus,

49) ἀλλαγῆ] Hoc vocabulum, ut in edit. Arc., etiam in Cd. Ciz. legitur. In Iamblichō hic reliqui; Platoni nolim obtrudere. Nam Iamblichus Platonis locum liberius, adeoque negligentius exscripsit et partim mutavit, in eoque ἡ ὀρθῆ esse *recta via* docet articulus additus. — Paulo post ante μέλλω particula καί, quae in edit. Arc. ut in Platon. edit. legitur, tam a Cd. Ciz. quam a Par. abest, idque recte, ut mihi videtur.

50) ἢ ἐκεῖνο] In edit. Arc. et Cd. Ciz. ἢ ἐκεῖνος, vitiose.

51) μετὰ τούτου] Ita edit. Arc. In Cd. Ciz. κατὰ τούτου. Tum pro ἢ post τῷ ὄντι in Arc. edit. et Cd. Ciz. legitur ἢ, et pro πιπρασκόμενα in Cd. Ciz. προσκόμενα. Verbum ἀντίσθαι autem passiuo significatu insolens quidem, at non inauditum esse, docet Steph. thes. Tom. IV. p. 782. E.

ἀληθῆς ἀρετῆ 52) μετὰ φρονήσεως, καὶ προσ-
 γιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων· καὶ ἡδονῶν
 καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν
 τοιούτων· χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλ-
 λαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων σκιαγραφία τίς
 ἐστίν 53) ἡ τοιαύτη ἀρετῆ καὶ τῷ ὄντι ἀν-
 δραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιᾶς οὐδὲ ἀληθῆς
 ἔχει· τὸ δὲ ἀληθῆς τῷ ὄντι ἐστὶ κάθαρσις
 τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη
 καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ
 φρόνησις μὴ καθαρμός τις ἤ. Καὶ κινδυ-
 νεύουσι 54) καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι
 καταστήσαντες οὐ φαῦλοι εἶναι, ἀλλὰ τῷ
 ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι, ὅς ἂν ἀμύητος
 ἢ ἀτέλεστος 55) εἰς ἄδου ἀφίκεται, ἐν βορ-
 βόρῳ κείσεται, ὃ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ
 τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν
 οἰκήσει· εἰσὶ γὰρ δὴ, φασὶν 56) οἱ περὶ τὰς
 τελετὰς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βύαχοι
 δὲ τε παῦροι· οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν ἐμὴν

52) ἀρετῆ] Cur post ἀρετῆ Heindorf. adsciuerit ἤ, quum
 praecesserit τῷ ὄντι ἤ, equidem non video. Neque in
 edit. Arc. neque in Cd. Ciz. legitur. Tum malim locum sic
 interpungere: ἀληθῆς ἀρετῆ, μετὰ φρονήσεως καὶ προσ-
 γιγνομένων κ. τ. λ. dum cum prudentia accedunt et disce-
 dunt voluptates et timores etc. Nam disputationis cardo
 vertitur in voc. φρόνησις.

53) σκιαγραφία τίς ἐστίν] In Platone orationis structura
 continuata legitur: μὴ σκιαγραφία τις ἤ. In toto loco
 insignis Iamblichii apparet negligentia.

54) κινδυνεύουσι] Ita cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz.,
 idque in Platone recepit Heindorfius pro κινδυνεύουσι,

dum cum prudentia et contingunt et discedunt voluptates et timores, ceteraque generis eiusdem: sin autem a prudentia segregata inuicem commutantur, adumbratio quaedam est eiusmodi virtus ac reuera seruilis, nihil sani verique possidens: virtutis autem veritas in horum omnium purificatione reuera consistit, et temperantia et iustitia et fortitudo et prudentia ipsa est purificatio quaedam. Quamobrem hi, qui mysteria nobis constituerunt, minime contemnendi videntur, sed reuera iam dudum occulte nos admonuere, fore, vt, quicumque non expiatus neque initiatus migrauerit ad inferos, iaceat in luto: quicumque vero purgatus atque initiatus illuc accesserit, cum diis habitet. Sunt enim (vt vulgo aiunt) qui in mysteriis versantur, thyrigeri quidem multi, Bacchi vero pauci: hi vero, vt equidem opinor, non

quod antea, oratione a praeced. μή minus commode suspensa, in Phaedone legebatur. — Tum post φαῦλοι in Cd. Ciz. omissum est τινές, quod cum Platone edit. Arc. habet. In Cd. Par. deest φαῦλοι.

55) ἢ ἀτέλειος] Ita cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz., atque locum habere potest, si vertitur siue. In Plat. pro ἢ est καί.

56) φασίν] Heindorf. ex Iambl. Ms. affert ἕς φασιν; sed ὧς non magis in Cd. Ciz., quam in edit. Arc. legitur. — Tum Cd. Ciz. habet βάνχοι δέ τε, edit. Arc. βάνχοι δέ γε, vt in Plat. A Cd. Par. abest γε. In Olympiod., quem citat Heindorf., versiculus sic legitur: πολλοὶ μὲν νυμφιοφόροι, παῦροι δέ τε βάνχοι.

δόξαν οὐκ ἄλλοι ἢ πεφιλοσοφηκότες 57). εἰ
 τοίνυν καὶ ἀρετὴν τελείαν καὶ κάθαρσιν τῆς
 ψυχῆς φιλοσοφία μόνη παρέχειν πέφυκεν,
 μόνῃς αὐτῆς ἀντιλαμβάνεσθαι ἄξιον. εἰς γὰρ
 θεῶν γένος 58) μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντε-
 λῶς καθαρῶ 59) ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι
 ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ. ἀλλὰ τούτων ἕνεκα
 οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ
 σῶμα ἐπιθυμιῶν ἀπασῶν καὶ καρτεροῦσι καὶ
 οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς ἑαυτοὺς οὐχὶ 60)
 οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι,
 ὥσπερ οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι, οὐδὲ αὖ
 ἀτιμίαν τε καὶ ἀδοξίαν μοχθηρίας δεδιότες,
 ὥσπερ οἱ φίλαρχοί τε καὶ οἱ φιλύτιμοι, ἔπειτα
 ἀπέχονται αὐτῶν. τοιγάρτοι τούτοις μὲν
 ἅπασιν ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν
 ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι

57) πεφιλοσοφηκότες] Ita Cdd. Ciz. et Par. sine ὀρθῶς,
 quod Arcerius e Platone adsciuit. Quae sequuntur
 εἰ τοίνυν vsque ad ἄξιον, sunt Iamblichii verba.

58) εἰς γὰρ θεῶν γένος κ. τ. λ.] E Phaed. p. 114. sqq.
 Heindorf. p. 42. sqq. Wyttenb.

59) καθαρῶ] Addidi hoc vocab., quod deerat et in Arc.
 et in Cd. Ciz., e Platone. Pro ἄλλῳ Cd. Par. ἄλλο.
 Heindorf. ex Iambli. Ms. affert ἀλλὰ ἢ. Pro τῷ φιλομ.
 Cd. Ciz. τὸ φιλομ. — Hic autem omnis locus, quem
 deprauatum esse Platonis interpretes existimarunt,
 mihi quidem sanus atque integer videtur esse. Neque
 enim video, si loca, qualia Matthiae in gram. gr. mai.
 p. 904. sq. §. 613. attulit, nullo modo vituperari pos-
 sunt, cur ferendum non sit, quod eadem notio, quam
 exprimit φιλοσοφίας, adiectiuo τῷ φιλομαθεῖ repetitur.
 Ferendum hoc est, immo placet, si cogites, verbis
 οὐ θέμις orationem quasi denuo resumī. Similis fere

alii sunt, quam qui recte philosophati sunt. Si igitur philosophia sola ita comparata est, ut virtutem perfectam animique purgationem efficiat, eam solam appetere decet. In deorum enim genus nulli fas est peruenire, praeterquam iis, qui discendi cupiditate flagrant et philosophati sunt et puri penitus decesserunt. Horum quidem gratia qui recte philosophantur, ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, atque ita perseverant, nec se illis unquam tradunt, neque familiae iacturam paupertatemque formidant, quemadmodum multi pecuniarum cupidi, neque rursus contemptum atque ignominiam, quemadmodum qui magistratus ambiunt et honores, tamen ab his abstinent. Quamobrem hi qui animum suum curant, neque corpori colendo seruiunt, spretis his

repetitio reprehenditur in hoc Pindari loco (Ol. II, 29 sqq. ed. Heyn.) qui frustra interpretes exercuit, qui et ipse per negationem effertur: τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκῃ τε καὶ παρὰ δίκην ἀποίητον οὐδ' ἂν χρόνος, ὃ πάντων πατήρ, δύναται θέμεν ἔργων τέλος, in quo loco τὰ πεπραγμένα κ. τ. λ. idem quod ἔργα significant, neque coniungenda sunt τὰ πεπραγμένα ἔργα. In Platonis loco illatio verbi φιλομαθῆς eo facilius defenditur, quod in iis, quae paulo post leguntur, disputatio sic instituitur, ut potissimum verbum φιλομαθῆς vrgeatur. Wyttenb. Platonis elegantiam sic restitutum iuit: εἰς δὲ γε θεῶν γένος μὴ οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλω ἢ τῷ φιλομαθεῖ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῶς ἀπιόντι.

60) οὐχί] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. Heindorf. e Plat. Cod. Par. οὐτι dedit, Wyttenb. cum Fisch. οὔτε.

χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ πορεύον-
ται αὐτοῖς ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ
δὲ ἠγούμενοι οὐ δεῖν ἐναντία τῇ φιλοσοφίᾳ
πράττειν καὶ τῇ ἐκείνης λύσει τε καὶ καθαρῶ
ταύτῃ τρέπονται ⁶¹⁾ ἐκείνη ἐπόμενοι, ἢ ἐκείνη
ἔφηρεται. γινώσκουσι γὰρ οἱ φιλομαθεῖς,
ὅτι παραλαβοῦσα αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἢ φιλο-
σοφία ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ
προσκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ὡσπερ
δι' εἰργμοῦ ⁶²⁾ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ
ὄντα, ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι' αὐτῆς καὶ ἐν πάσῃ
ἀμαθείᾳ κυλινομένην, καὶ τοῦ εἰργμοῦ
τὴν δεινότητα κατιδοῦσα, ὅτι δι' ἐπαθυμίας
ἐστὶν ὡς ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλ-
λήπτωρ εἴη τῷ δεδέσθαι· ὅπερ οὖν λέγω,
γινώσκουσιν οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι οὕτω παρα-
λαβοῦσα ⁶³⁾ ἢ φιλοσοφία ἔχουσαν αὐτῶν τὴν
ψυχὴν ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ λύειν ἐπιχει-
ρεῖ ἐνδεικνυμένη, ὅτι ἀπάτης μὲν ⁶⁴⁾ μεστὴ
ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων σκέψις, ἀπάτης δὲ ἢ διὰ
τῶν ὠτῶν καὶ διὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων,
πείθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν, ὅσον
μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι, αὐτὴν δὲ εἰς
αὐτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροῖζεσθαι παρακε-

61) τρέπονται] Cd. Par. τρέπονται.

62) δι' εἰργμοῦ] Ita edit. Arc., vt in Platone. Cdd. Ciz.
et Par. εἰργμοῦ. Conf. Heind. p. 117. Maitt. de dial.
p. 88. — Tum ἀμαθείᾳ edit. Arc. et Cd. Ciz. Pro
κυλινομένην, vt Cd. Ciz. cum edit. Arc. legit, Scal.
scripsit καλινομένην. V. Sturz. ad Maitt. de dial.
p. 205.

omnibus haudquaquam ea gradiuntur via, qua illi, qui, quo proficiscantur, ignorant. Ipsi vero existimantes, philosophiae eiusque solutioni et purgationi repugnandum non esse, hanc ea sequuntur via, qua eos ipsa ducit. Intelligunt enim viri discendi cupidi, philosophiam, vbi ipsorum animum susceperit reuera illigatum corpori atque implicitum, ac per ipsum quasi per carcerem quendam res considerare coactum, at non ipsum per se, omni prorsus inscitia volutum, quumque eadem philosophia perspiciat carceris indignitatem, quod per cupiditatem fiat, vt, qui vinculus est, ipse maxime sit adiutor in vinculis adstringendis: intelligunt, inquam, viri scientiae cupidi, philosophiam, vbi ipsorum animum sic constitutum susceperit, blande mulcere, et soluere studere, ostendendo, quam fallax oculorum, quam fallax aurium ceterorumque sensuum sit iudicium, atque suadendo, vt ab his discedat, quatenus iis vti non summa cogat necessitas, seque in se ipsum reuocet atque colligat, nec vlli

63) οὕτω παραλαβ.] Οὕτω in Cd. Par. deest.

64) ἀπάτης μὲν] Μὲν, quod abest a Cdd. Ciz. et Par., e Plat. addidit. Pro δμμάτων Cd. Par. δομμάτων, et pro ἀπάτης δὲ Cd. Ciz. ἀπάτη δὲ. Tum διὰ τῶν ἄλλων Cd. Par. cum Platone, sed in Cd. Ciz. et edit. Arc. deest διὰ. Paulo post αὐτὴ δὲ εἰς αὐτὴν in Iambl. legebatur pro αὐτὴν δὲ etc.

λευομένη, πιστεύειν δὲ μηδενὶ ἄλλω, ἀλλ' ἢ ⁶⁵⁾ αὐτὴν αὐτῇ, ὅτι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ' αὐτὴν αὐτὸ καθ' αὐτὸ τῶν ὄντων, ὅτι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν ἄλλοις ὄν ἄλλο, μηδὲν ἠγεῖσθαι ἀληθές· εἶναι δὲ τὸ μὲν τοιοῦτον αἰσθητὸν τε καὶ ὄρατόν, ὃ δὲ αὐτῇ ὄρα νοητὸν τε καὶ ἀειδές. Ταύτη οὖν τῇ λύσει οὐκ οἰομένη δεῖν ἐναντιοῦσθαι ἢ τοῦ ἀληθοῦς ⁶⁶⁾ φιλοσόφου ψυχῇ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν, καθόσον δύναται, λογιζομένη, ὅτι, ἐπειδὴν τις σφόδρα ἠσθῆ ἢ λυπηθῆ ἢ φοβηθῆ ⁶⁷⁾ ἢ ἐπιθυμήσῃ, οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, ὡς ἂν ⁶⁸⁾ τις οἰηθεῖη, οἷον ἢ νοσήσας ἢ τι ἀναλώσας διὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλ', ὃ πάντων μέγιστόν τε κακὸν καὶ ἔσχατόν ἐστι, τοῦτο πάσχει καὶ οὐ λογίζεται ⁶⁹⁾ αὐτό· ὅτι δὴ ψυχῇ παντὸς ἀνθρώπου ἀναγκάζεται ἅμα τε ἠσθῆναι σφόδρα ⁷⁰⁾ ἢ λυπηθῆναι ἐπὶ τούτῳ καὶ ἠγεῖσθαι, περὶ ὃ ἂν μάλιστα τοῦτο πάσχη, τοῦτο ἐναργέστατόν τε εἶναι καὶ ἀληθέστατον

65) ἀλλ' ἢ] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Cd. Par. deest ἢ. Pro αὐτῇ Cd. Ciz. αὐτῇ, Par. αὐτῇ. Paullo post Cd. Ciz. δι' ἄλλο σκοπῇ, et pro ἀειδές, vt recte edit. Arc., ἀηδές.

66) τοῦ ἀληθοῦς] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. τοῦ ὡς ἀληθῶς. Tum post verbum λυπῶν in Plat. additur καὶ φόβον, quae verba in Cdd. Ciz. et Par. desunt.

67) λυπηθῆ ἢ φοβηθῆ] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. φοβηθῆ ἢ λυπηθῆ.

68) ὡς ἂν] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. ὅσον ἂν. Pro νοσήσας Cd. Ciz. νοήσας. Idem Cd. cum Par. διὰ τῆς ἐπιθ. pro διὰ τὰς ἐπιθ., quod cum Arc. e Plat.

credat praeterquam sibi, quoad quidem ipse per se ipsum intelligat quodlibet eorum, quae sunt per se ipsa, quod autem per alia consideratum in aliis aliud intellexerit, eorum nihil verum existimet: esse autem huius quidem generis sensibile atque visibile: quod autem ipse per se consideret, intelligibile atque invisibile. Huic ergo solutioni veri philosophi animus repugnandum non esse iudicans sic a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus pro viribus abstinet, iudicans, quando quis vehementer delectetur, vel metuat, vel doleat, aut cupiat, haud tantum ab his eum pati malum, quantum quis forsitan existimarit, videlicet si propter concupiscentias vel aegrotet quispiam vel pecunias consumserit: sed quod malorum omnium maximum et extremum est, id eum perpeti, neque tamen animadvertere, nimirum cuiusvis hominis animum cogi delectari simul vel dolere aliqua re vehementer, et putare illam rem, quae hoc maxime efficiat, manifestissimam esse atque verissimam,

dedi. Tum κακόν est et in edit. Arc. et in Cd. Ciz.
In Plat. κακόν.

69) οὐ λογίζεται] E Platone. In edit. Arc. et Cd. Ciz.
συλλογίζεται sine οὐ.

70) ἡσθῆναι σφόδρα] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone σφόδρα post λυπηθῆναι demum additur. Pro ἐπὶ τοῦτο, quod habent edit. Arc. et Cd. Ciz., in Platone est ἐπὶ τῷ. — Alterum τοῦτο ante ἐναγχιέστατον deest in Cd. Ciz., non deest in edit. Arc. et Cd. Par.

οὐχ οὕτως ἔχον· ταῦτα δὲ ⁷¹⁾ μάλιστα ὄρατά.
οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ πάθει μάλιστα καταδει-
ται ψυχὴ ὑπὸ σώματος, ἐπεὶ ἐκάστη ἡδονὴ
καὶ λύπη ⁷²⁾ ὡσπερ ἦλον ἔχουσα προσηλοῖ
αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προστερονᾶ καὶ
ποιεῖ σωματοειδῆ δοξάζουσαν, ταῦτα ἀληθῆ
εἶναι, ἄπερ ἂν ⁷³⁾ καὶ τὸ σῶμα φῆ. ἐκ γὰρ
τοῦ ὁμοδοξεῖν τῷ σώματι καὶ τοῖς αὐτοῖς
χαίρειν ἀναγκάζεται, οἶμαι, ὁμότροπός τε
καὶ ὁμότροφος γίνεσθαι καὶ οἷα μηδέποτε
εἰς ἄδου καθαρῶς ἀφικέσθαι, ἀλλ' αἰεὶ
ἀναπλέα τοῦ σώματος ⁷⁴⁾ ἐξίεναι, ὥστε ταχὺ
πάλιν πίπτειν εἰς ἄλλο σῶμα καὶ ὡσπερ σπει-
ρομένη ἐμφύεσθαι ⁷⁵⁾ καὶ ἐκ τούτων ἄμοιρος
εἶναι τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ
μονοειδοῦς συνουσίας. τούτων τοίνυν ἕνεκα
οἱ δικαίως φιλομαθεῖς κόσμιοὶ εἶσι καὶ ἀν-
δρεῖοι, οὐχ ἂν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φαθιν· ἀλλ'
οὕτω λογίσαιτ' ἂν ψυχὴ ἀνδρός ⁷⁶⁾ φιλοσόφου,
καὶ οὐκ ἂν οἰηθεῖη, τὴν μὲν φιλοσοφίαν
χοῖναι ἑαυτὴν λύειν, λυούσης δὲ ἐκείνης
αὐτὴν παραδιδόναι ταῖς ἡδοναῖς καὶ λύπαις

Infinit. εἶναι autem in Platone post ἀληθέστατον posi-
tus est.

71) ταῦτα δὲ] Scal. coniscit τοιαῦτά τε. Heindorf. scripsit
τὰ ὄρατά.

72) ἐπεὶ ἐκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη] Ita scripsi pro
ἐπὶ ἐκάστη ἡδονῇ καὶ λύπῃ, vt Cd. Ciz. locum exhibet.
Arcerius e Platone [ἔτι] ἐκάστη etc. Cd. Par. ἐπὶ ἐκάστη
ἡδονῇ etc. Iamblich. Platonis orationem aliquantum
mutavit.

73) ἄπερ ἂν] Ita edit. Arc. cum Platone. Cd. Ciz.
ἄπερ ἄμα.

Arbitror, eum quaecunque alia potius, quam vitam eiusmodi electurum. Tum et hoc considera, inquam: si hic rursus descendat, et sedem, quam antea, nanciscatur, nonne, cum repente a sole discesserit, tenebris offundetur? Vehementer. At si umbras illas discernere oporteat, deque ipsis disceptare cum illis, qui perpetuis vinculis pressi sunt, proferendaque sententia sit eo ipso in tempore, quo oculi ipsius hallucinantur, antequam acies expurgetur, quod quidem non breui fiet, an non risum concitabit, eique ab omnibus dedecori dabitur, quod, postquam sursum adscendit, corruptis reuersus est oculis? diceturque, nunquam ad supera contendendum esse, et eum, qui soluere tentet, et sursum ducere, si deprehendatur, protinus occidendum? Occidendum certe. Tota haec imago referenda est ad illa, quae supra dicta sunt: carcer quidem ad eam, quae cernitur oculis, mundi machinam; fax vero ignis in specu ad solis potentiam: postremo si adscensum ad supera eorumque conspectum rite ad eum, qui ad intelligibilem regionem

25) ἀποκτείνειν] Ita Cdd. Ciz. et Par., idque Iamblichō reliqui, licet inconcinnius sit, quam bis positum ἀποκτινῦναι. Cd. Ciz. ἀποκτινῦναι.

26) ὡς ἀληθῶς τοῖς λεγομένοις] Sic Cd. Ciz., quorum loco in Platone haec leguntur: τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις.

ψυχῆς ἀνοδον τιθεῖς οὐχ ἁμαρτήσεις ²⁷⁾ τῆς ἀληθείας. αὕτη δέ που οὕτω φαίνεται ἐν τῷ γνωστῷ τελευταίως ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁραῖσθαι, ὁφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὁρατῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἐν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα, ἐν τε τῷ νοητῷ αὕτη κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρεχομένη ²⁸⁾, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόως πράξαι ἢ ἰδία ἢ δημοσία. Εἰ δὲ τοῦτο ²⁹⁾ τὸ ἔργον ἐστὶ τῆς παιδείας καὶ τοσοῦτον πρόκειται τὸ διάφορον αὐτῆς πρὸς τὴν ἀπαιδευσίαν, τί ἂν ἄλλο ἀρμόζοι, ἢ παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ φιλοσοφίας, τῶν δὲ νῦν δοκούντων εἶναι περισπουδάστων τοῖς πολλοῖς ἀφεῖσθαι ³⁰⁾ ὡς οὐδεμίαν ἐχόντων εἰς εὐδαιμονίαν ῥοπὴν ἀξιόλογον.

Κ Ε Φ. 15.

Ἔτι τοίνυν, εἰ ταῦτα ἀληθῆ, δεῖ νοῆσαι περὶ αὐτῶν τοιόνδε τι τὴν παιδείαν οὐχ

27) ἁμαρτήσεις] In Cd. Ciz. et edit. ἁμαρτήσαι. Secundam pers. e Platone reliqui. In Cd. Par. ἁμαρτήσαι. Contraxit in brevius Iamblichus Platonis verba, omisis iis, quae ad suam rem nil facerent. Videtur autem lectio, qualem cum edit. Arc. etiam Cd. Ciz. exhibet, non sana esse, immo sic e Platone mutanda: αὕτη δέ που οὕτω φαίνεται ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἢ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁραῖται. — Paulo post et in Platone pro ἐν τε ὁρατῷ, quod et Cd. Ciz. praebet, legendum videtur ἐν τε τῷ ὁρατῷ. — Ante νοητῷ in Cd. Ciz. deest art. τῷ, quem e Platone cum Arc. addidi.

tendit, adscensum retuleris, non aberrabis a vero. Haec autem boni ipsius idea in ordine intelligibili vltimum et vix videri videtur: si autem visa fuerit, asserendum, eam omnibus omnium, quae recta et bona sunt, causam esse, cum ipsa in loco visibili lumen creaverit et luminis auctorem, in ipso vero intelligibili regnet ipsa veritatemque et mentem protulerit. Quam nosse necesse sit omnem, quicumque sana mente quicquam vel priuatim vel publice est acturus. Si igitur hoc est munus eruditionis, et tanta eius ab ruditate differentia, quid aliud appetere decebit quam eruditionem et philosophiam, et ea quae nunc videntur multitudini studiose expectanda, deserere vt nihil ad felicitatem momenti habentia?

CAP. XVI.

Praeterea haec si vera sunt, ita de iis cogitandum est: eruditionem non esse talem,

28) *παγεγομένη*] Ita Cd. Ciz., sed edit. Arc. cum Plat. *παρασχομένη*. Post *ὅτι* in Cd. Ciz. deerat *δεῖ*, idem pro *δημοσίᾳ* habet *δημοσίους*.

29) *εἰ δὴ τοῦτο τὸ κ. τ. λ.*] Haec sunt verba Iamblichi. In edit. Arc. deest *τό*, quod addidi e Cd. Ciz. Ex eodem cod. addidi locum *καὶ τοσοῦτον* vsque ad *παιδείας*, qui deest in Arc. editione.

30) *ἀφείσθαι*] De certa Scaligeri coniectura. In Cdd. Ciz. et Par. *ἀφείσθαι*, in edit. Arc. *ἀφῆσθαι*.

οἴαν ¹⁾ τινὲς ἐπαγγελλόμενοι φασιν εἶναι τοιαύτην καὶ εἶναι. φασὶ δὲ πού, οὐκ ἐνούσης ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστήμης, ἐντιθέσθαι, οἴαν τυφλοῖς ὀφθαλμοῖς ὄψιν ἐντιθέσθαι. ὁ δὲ γὰρ νῦν λόγος σημαίνει ταύτην τὴν ἐνούσαν ἐκάστῳ ²⁾ δύνάμιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ὄργανον, ᾧ καταμανθάνει ἕκαστος, οἷον εἰ ὄμμα μὴ δυνατόν ἦν ἄλλως, ἢ ξὺν ὅλῳ τῷ σώματι στρέφειν πρὸς τὸ φαινὸν ἐκ τοῦ σκοτῶδους, οὕτω ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου περιεκτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὄν καὶ τοῦ ὄντος τὸ φανώτατον δυνατὴ γένηται ἀνασχέσθαι ³⁾ θεωμένη· τοῦτο δ' εἶναι φασιν πάραδόν. τούτου ⁴⁾ τοίνυν αὐτοῦ τέχνη ἂν εἴη τῆς περιαγωγῆς, τίνα τρόπον ὡς ῥᾶσά τε καὶ ἀνυσιμώτατα μεταστραφήσεται. οὐ τοῦ ἐμποιῆσαι αὐτῷ τὸ ὄρᾶν, ἀλλ' ὡς ἔχοντι μὲν αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τετραμμένῳ, οὐδὲ βλέποντι, αἰ ἔδει, τοῦτο διαμηχανήσασθαι. αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνούσαι πρότερον, ὑστερον

1) τὴν παιδείαν οὐχ οἴαν κ. τ. λ.] E libr. VII. de rep. p. 134. Bip. p. 246. Ast. Pro οἴαν in Cd. Ciz. et edit. Arc. est οἶον. Tum in Platone σφεῖς ἐντιθέσθαι, sed σφεῖς neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. legitur.

2) ἐκάστῳ] Ita Cd. Ciz. cum edit. Arc. In Platone est ἐκάστου. Tum pro ᾧ in Cd. Ciz. erat ὁ. Pro φαινόν, quod Cd. Ciz. habet, in Plat. φανόν. Idem codex pro τὸ φανώτατον hab. φανότατον (f. φαινότατον) sine τό.

3) ἀνασχέσθαι] Ita Plato et edit. Arc. Cd. Ciz. ἀνοσχέσθαι (fors. ἀνοχέσθαι).

qualem aliqui praedicant. Pollicentur enim, animo scientiae prorsus experti se scientiam tradituros, quasi oculis coecis visum. Praesens autem ratio nobis innuit primum vim, quae est in animo cuiuscunque, deinde instrumentum, quo rem discere quisque potest: perinde ac si oculum impossibile esset aliter, quam vna cum toto corpore ad clarum obiectum ex obscuro conuertere; ita tota mente ab eo, quod fit, vsque ad id, quod ens dicitur, circumagere oportere, vt, quod clarissimum est, possit speculando ferre. Hoc autem ipsum bonum esse dicimus. Ad hoc igitur ipsum eruditio competens erit facultas quaedam animi dirigendi, quo modo ipsius oculus quam facillime et efficacissime conuertatur: quae huic oculo aciem visumque non dabit, sed eum potius, cum visum quidem habeat, neque tamen recte conuersus sit, neque quo deceat, adspiciat, conuertere omni machinatione contendet. Ceterae igitur, quae virtutes animae nuncupantur, in hoc videntur virtutibus corporis similes. Nam cum natura non insint, paulatim con-

4) τούτου] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz., atque sic in Platone pro τοῦτο, quae hic est lectio vulgata, e Cd. Reg. Ficino suffragante reposuit Astius, idque recte, quum, si retinetur τοῦτο, non pateat, quo αὐτοῦ commodè referatur. Idemque vir doctus recte improbavit Ficini rationem, qui sic locum conuertit, quasi verba τίνα τρόπον Glauconis interrogationem contineant. — Ante ὁρῶν in Cd. Ciz. deest τό. Idem Cod. pro τῆς αὐτοῦ

ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε ⁵⁾ καὶ ἀσκήσεσιν· ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὐσα, ὃ τὴν μὲν δύνάμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιάγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ ὠφέλιμον, καὶ ἀχρηστον αὖ καὶ βλαβερόν γίννεται· ἢ οὐπω ἐννεόηκας τῶν λεγομένων μὲν πονηρῶν ⁶⁾, σοφῶν δέ, ὡς δορυμὸν μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ ταῦτα, ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακία δὲ ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσοῦτω πλείω κακὰ ἐργαζόμενον; τοῦτο μέντοι τὸ τῆς τοιαύτης φύσεως εἰ ἐκ παιδὸς εὐθύς κοπτόμενον ⁷⁾ περιεκόπη τὰς τῆς γενέσεως συγγενείας, ὡςπερ μολυβδίδας, αἱ δὴ ἐδωδαῖς τε καὶ τῶν τοιούτων ⁸⁾ ἡδοναῖς τε καὶ λιχνείαις προσφυεῖς γιγνόμεναι περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν, ὧν εἰ ἀπαλλαγὴν περιστρέφετο εἰς τὰ ἀληθῆ, καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ τοῦτο τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ὀξύτατα ἑώρα, ὡςπερ καὶ ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται. νῦν δὲ οὖν ⁹⁾ ὁπότε ἐνταῦθα γεγόμεν, καὶ τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον

habet τετραμμένος, et pro διαμηχανήσασθαι dat δὲ μηχανήσασθαι. Scal. coniecit δεῖ μηχανήσασθαι, inepte.

5) ἔθεσί τε] Part. τε deest in Cd. Ciz.

6) μὲν πονηρῶν] Ita Cd. Ciz. In Plat. πονηρῶν μὲν. Tum pro βλέπει Cd. Par. βλέπειν, et pro πάντα, quod edit. Arc. e Plat. adscinit, Cdd. Ciz. et Par. ταῦτα. Paulo post Cd. Ciz. ἠναγκασμένη, Cd. Par. ἠναγκασμένην.

7) κοπτόμενον κ. τ. λ.] Cd. Ciz. σκοπιόμενον περιεκόπει. Pro τὰς τῆς γενέσεως συγγενείας, quod cum edit. Arc.

suetudine et exercitatione comparari videntur. Sapientia autem maxime omnium diuini-ior quaedam virtus existit, quod vix quidem suam nunquam amittit, ab ipsa vero circumductione vtile et conferens, ac inutile rursus noxiumque euadit. An nondum animaduertisti, quam acute videat celeriterque discernat illorum animula, qui licet mali sint, tamen sapientes habentur, ea, ad quae conuersa est, tanquam aciem habeat nequaquam hebetem, sed prauitati seruire coacta sit, ita vt, quo acutius inspicit, eo plura peragat mala? Si ab hoc ingenio statim a pueritia amputentur, quae sunt generationis affinia ceu plumbea pondera, quae comestionibus et huiusmodi voluptatibus et libidinibus atque deliciis inhaerentia mentis aciem ad inferiora detorquent, confestim expeditus eius intuitus et ad ea quae vera sunt conuersus, ipse scilicet idem et in eisdem hominibus tam acute illa discernet, quam haec, quibus in praesentia est intentus. Nunc igitur, quando hic nati sumus et philosophiae munus, quale sit,

etiam Cd. Ciz. tuetur, in Platone est τὰ τῆς γεν. ξυγγενῆ. Etiam in Plat. Cd. Reg. est τὰς — ξυγγενείας.

- 8) τῶν τοιούτων] In Cdd. Ciz. et Par. deest τῶν. In iisdem λυχνείας scriptum. Pro ἀπαλλαγέν in edit. Bip. ἀπαλλαγῆν, vitio typographi, vt videtur. Tum verba ἑώρα, ὡς περ in Cdd. Ciz. et Par. omissa sunt.
- 9) νῦν δὲ οὖν] Ita Cd. Ciz., edit. Arc. νῦν οὖν δὲ. Sunt verba Iamblichi.

ὁποῖόν ἐστι φαίνεται, καὶ ὡς ἐστι τίμιον, αὐτόθεν ἐστὶ κατάδηλον. τὸ γὰρ περιαιρεῖν τὴν γένεσιν ἀπὸ τῆς ψυχῆς καὶ ἐκκαθαίρειν τὴν λογίζεσθαι δυναμένην αὐτῆς ἐνέργειαν μάλιστα αὐτῇ προσήκει. οὗτος οὖν ἄριστος τρόπος τοῦ βίου, τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἄλλην ¹⁰⁾ ἀρετὴν ἀσχοῦντας καὶ ζῆν καὶ τεθνάναι. τούτῳ οὖν ἐπώμεθα, εἰ βουλοίμεθα ὄντως εὐδαιμονήσειν.

Κ Ε Φ. ιζ.

Εἰ δὲ δεῖ ἀπὸ τῶν παλαιῶν λόγων καὶ τῶν μύθων τῶν ἱερῶν τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν πυθαγορείων ὑπομνήσαι τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὴν αὐτὴν παράκλησιν, ἀρχώμεθα καὶ τούτου ἐντεῦθεν. ὀρθῶς λέγονται ¹⁾ οἱ μηδενὸς δεόμενοι εὐδαίμονες εἶναι, καὶ ὡς τῶν ἀπεράντους ἐχόντων τὰς ἐπιθυμίας δεινὸς ὁ βίος. οὐ γάρ τοι ²⁾ θαυμάζοιμ' ἂν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖςδε λέγει λέγων· τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυ-

10) τὴν ἄλλην] Ita Cdd. Ciz. et Par. Ed. Arc. τὴν ὄλην. Tum recte ἀσχοῦντας edit. Arc., Cd. Ciz. ἀσχοῦντες. Ante τεθνάναι vocula καί, quam habent Cdd. Ciz. et Par., in edit. Arc. excidit. Denique pro ἐπώμεθα, ut in Cd. Ciz. legitur, in ed. Arc. est ἐπόμεθα.

apparet, et quanto in pretio habendum sit, indidem manifestum est. Nam eximere ex animo generationem, eiusque ratiocinandi facultatem purgare, hoc maxime philosophiae conuenit. Hic igitur optimus vitae modus, si cum iustitiae atque reliquae virtutis studio et viuamus et moriamur. Hunc igitur modum sequamur, si vere felices fieri cupiamus.

C A P. XVII.

Si autem ab antiquis dictis et sacris mythis tum ceterorum tum Pythagoreorum auditores admonendi sunt, etiam inde ad eandem adhortationem aggrediamur. Recte dicuntur beati, qui nullius indigent, et eorum, qui infinitas habent cupiditates, vita grauis est. Neque admirarer, si ea de re verum Euripidis dictum esset: quis nouit, vtrum viuere quidem mori sit, mori autem viuere? et nunc forte reuera mortui sumus, corpusque nostrum sepulcrum est nobis, parsque illa animae, in qua cupiditates sunt, perinde

1) ὁρθῶς λέγονται κ. τ. λ.] Sumta haec sunt e Platonis Gorgia c. 47. sqq. p. 167. sqq. edit. Findeis., p. 155. sqq. edit. Heindorf.

2) γὰρ ται] Sic e Plat. edit. Arc. In Cd. Ciz. γὰρ τι. Quod sequitur λέγει, in Cd. Par. deest. Tum post τῷ ὄντι in Platone additur ἴσως, quod non magis in Cd. Ciz., quam in edit. Arc. legitur. Pro σῆμα Cd. Ciz. σῶμα.

μίαι 3) εἰδί, τυγχάνει ὄν οἶον ἀναπείδεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω καὶ κάτω, καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κοινῶς ἀνὴρ, ἴσως σικελικός τις ἢ ἰταλικός τις, παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν ὠνόμασε Πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμύητους τῶν δὲ ἀνοήτων 4) τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὐ αἰ ἐπιθυμίαι εἰδί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανὸν ὡς τετρημένος εἶη Πίθος διὰ τὴν ἀπλησίαν ἀπεικάσας. τούναντίον δὲ οὗτος τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἐνδείκνυται, ὡς τῶν ἐν ἄδου 5), τὸ ἀειδὲς δὲ λέγων, οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον Πίθον ὕδωρ ἑτέρω τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ· τὸ δὲ κόσκινον ἄρα λέγει, ὡς ἔφη ὁ πρὸς ἐμὲ λέγων, τὴν ψυχὴν εἶναι τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην 6) στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. ταῦτα ἐπεικῶς μὲν ἐστὶν ὑπὸ τι ἄτοπα· δηλοῖ μὲν ὁ ἐγὼ βούλομαι 7) ἐνδείξασθαι, ὡς χρὴ

3) αἰ ἐπιθυμίαι] Art. αἰ, qui abest a Cd. Ciz., cum Arcer. e Platone addidi. — Pro ὄν οἶον in Cdd. Ciz. et Par. est ὁμοιον. — Σικελικός in Cd. Ciz. pro Σικελός, quod in Platone est. Tum etiam post ἰταλικός in Cd. Ciz. additum est τις. — Pro πειστικόν Cd. Ciz. πιστικόν. In Cd. Par. verba καὶ πειστικόν omissa sunt.

4) ἀνοήτων] Ita Cd. Ciz. pro ἀμύητων, quod in Platone est. Deinde etiam Cd. Ciz. recte αἰ ἐπιθυμίαι, hincque articulum in Platone vulgo omissum addidit Heindorf. Tum Cd. Ciz. τετρημένος. — Pro ἀπλησίαν edit. Arc. ἀποπλησίαν.

se habet, ac si persuadendo vicissimque dissuadendo sursum deorsumque agitetur. Itaque elegans quidam vir Siculus fortasse vel Italus in his confabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemque lubricam alludens nomini dolium appellavit, dementes vero profanos atque damnatos. Horum autem hanc animi partem, quae libidinibus agitur, tanquam futilem ob incontinentiam inexplebilem perforatum esse dolium inquit. Quamobrem hic vir contrarium multitudini ostendit: eorum qui apud obscuros sunt inferos, eos esse miserimos, qui tanquam omnino profani damnati sunt, atque aquam in vas perforatum alio etiam perforato vase inferre coguntur. Esse autem hoc aliud vas siue cribellum, ut dicebat is, qui me docuit, dementium animum: quem ideo perforato vasi assimilavit, quod propter diffidentiam obliuionemque nequeat infusum aliquid continere. Videbuntur haec alicui quodammodo mira: demonstrant tamen, quod volo per-

5) τῶν ἐν ἄδου] Cd. Par. τῶ ἐν —. Tum pro αἰδῆς Cd. Ciz. ἀηδῆς, Par. αἰδῆς. Paulo post pro εἰσίν, quod in Cd. Ciz. erat, e Platone scripsi ἄν εἶεν, et cum edit. Arc. et Cd. Par. verba καὶ φοροῖεν — κοσκίτω, quae in Cd. Ciz. desunt, textui inserui.

6) δυναμένην] Cdd. Ciz. et Par. δυνάμενος. Idem Ciz. ἀπιστείαν.

7) βούλομαι] Ita Cd. Ciz. Edit. Arc. cum Platone βούλομαι σοι.

μεταθέσθαι 8) ἀπὸ τοῦ ἀπλήστως καὶ ἀκο-
λάστως ἔχοντος βίου ἐπὶ τὸν κοσμίως καὶ
τοῖς αἰεὶ παροῦσιν ἰκανῶς καὶ ἐξαρκούντως
ἔχοντα βίον, καὶ πείθεσθαι εὐδαιμονεστέρους
εἶναι τοὺς κοσμίους τῶν ἀκολάστων. φέρε δὴ
οὖν 9) καὶ ἄλλην εἰκόνα εἶπω ἐκ τοῦ αὐτοῦ
γυμνασίου τῆν νῦν. σκόπει γάρ, εἰ τοιόνδε
δοκεῖ περὶ τοῦ βίου ἑκατέρου τοῦτε σώφρο-
νος καὶ τοῦ ἀκολάστου· οἷον εἰ δυοῖν ἀνδρῶν
ἑκατέρῳ πίδαοι πολλοὶ εἶεν, καὶ τῷ μὲν ἑτέρῳ
ὑγιεῖς καὶ πλήρεις, ὁ μὲν οἴνου, ὁ δὲ μέλιτος,
ὁ δὲ γάλακτος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ πολλῶν,
νάματα δὲ σπάνια καὶ χαλεπὰ ἑκάστου ταύ-
των 10) εἶη, καὶ μετὰ πολλῶν πόνων καὶ
χαλεπῶν ἐκποριζόμενα· ὁ μὲν οὖν ἕτερος
πληρωσάμενος μὴ ποτε ἐποχετεύοι, μηδὲ τι
φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἔχοι·
τῷ δὲ ἑτέρῳ τὰ μὲν νάματα, ὡςπερ καὶ
ἐκεῖνῳ, δυνατὰ μὲν πορίζεσθαι εἶη, χαλεπὰ
δὲ, τὰ δὲ ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρά,
ἀναγκάζοιτο δὲ 11) αἰεὶ καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν
πιμπλάναι αὐτά, ἢ τὰς ἐσχάτας λυποῖτο
λύπας· ἄρα τοιούτου ἑκατέρου ὄντος τοῦ
βίου οὐκ ἔσται εὐδαιμονέστερος ὁ τοῦ κοσμίου
ἢ τοῦ ἀκολάστου; ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ 12) ὡς

8) ὡς χρὴ μεταθέσθαι κ. τ. λ.] Ita Cd. Ciz. cum edit.
Arc. Vehementer Iamblichus Platonis orationem mu-
tauit, immo corrupit.

9) φέρε δὴ οὖν κ. τ. λ.] In Plat. ita: φέρε δὴ ἄλλην σοι
εἰκόνα λέγω ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου τῆν νῦν. — In Cd.
Ciz. τῆν νῦν, in edit. Arc. τῆν νῦν, in Cd. Pat. ἣν νῦν.
Tum pro δοκεῖ, vt Cd. Ciz. et edit. Arc., in Plat. est λέγεις.

suadere, vt pro inexplebili et incontinenti vitam moderatam praesentibusque semper contentam rebus eligas, et beatiores, qui temperate viuant, quam qui intemperate, habendos esse. Agedum similitudinem aliam ex eodem gymnasio adducam. Attende enim, vtrum perinde de vtriusque vita, temperati atque intemperati statuas, ac de duobus, qui multa haberent vasa, et alter quidem integra atque plena, partim vini, partim mellis, partim lactis, aliaque similiter aliorum: sint vero singuli hi liquores rari quidem et inventu difficiles, multisque et gravibus laboribus comparati. Is ergo, cui plena sunt vasa, nihil superinfundere omnino curet; sed quantum ad haec attinet, quietem agat: alteri vero liquores sint quemadmodum alteri, qui comparari quidem, sed tamen cum difficultate possint, vasa vero perforata atque fracta, ac die nocteque continuo illa implere cogatur aut extremis molestiis agitetur. Quare cum talis sit vtriusque vita, temperatae an intemperati beatiorem esse ais? Alterius enim felicitas in eo consistit, vt quam

10) τούτων] E Platone. Cd. Ciz. τούτων. Paulo post Cd. Ciz. μή ποτε, sed Plato μήτ', idem codex μηδέ τι, et Plato μήτε τι.

11) ἀναγκάζονται δὲ] Ita cum edit. Arc. Cd. Ciz. sed in Platone καὶ ἀναγκάζ. multo aptius. Paulo post ἐκατέρου, quod in Cd. Ciz. et edit. Arc. deest, e Platone adieci.

12) ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ κ. τ. λ.] Etiam hic Iambl. nonnulla mutauit. Pro ὁ μὲν γὰρ τῷ Scalig. coniecit ὅτι μὲν γὰρ,

πλεῖστον ἐπιρρῆειν ἔχει τὸ εὐδαιμον· ἐν ᾧ πολὺ ἀνάγκη καὶ τὸ ἀπιὸν εἶναι καὶ μεγάλα ἅττα τὰ τρήματα εἶναι ταῖς ἐκροαῖς, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ χαραδριοῦ τιμὰ βίον διαζῆν· ὁ δὲ πεπληρωμένος εἰσάπαξ τῶν οἰκειῶν ἀγαθῶν αὐτάρκης ἀεὶ διαμένει πάντα τὸν χρόνον. τοιαύτη τίς ἐστὶ καὶ ἡ ἀρχαιοπρεπὴς παράκλησις ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν.

Κ Ε Φ. ιη.

Ταύτη ᾗ ἐστὶ συγγενὴς καὶ ἄλλη ἔφοδος ἢ κατ' ἀναλογίαν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ σώματι φαινομένων ἐναργῶν ἐπὶ τὰ τῆς ψυχῆς μεταβαίνουσα κακὰ τε καὶ ἀγαθὰ, καὶ τῶν μὲν κακῶν χωρίζουσα καὶ πρὸς τὰ αἰσχροῦ ἄλλοτριούσα τὴν προαίρεσιν ἡμῶν, τῶν δὲ ἀγαθῶν ἀντιλαμβάνεσθαι παντὶ σθένει παρακελευομένη, καὶ πρὸς τὰ καλὰ οἰκειοῦσα ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἐξ ἅπαντος τρόπου· οἷον εἰ τὰ πάθη τοῦ σώματος φευκτὰ καὶ τὰ νοσήματα, πολὺ δήπου πρότερον τὰ τῆς ψυχῆς, ἢ ἀδικία ¹⁾ νόσος οὖσα τῆς ψυχῆς ἀφόρητον

quod quomodo intellexerit, ego quidem non video. Ante τῷ addidi ἐν; tum propter Platonem pro πολλῇ ἀνάγκη, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur, scripsi πολὺ ἀνάγκη. Pro ἀπιὸν, quod in edit. Arc. et Plat. extat, in Cd. Ciz. est ἄβιον, et pro χαραδριοῦ in eodem codice χαραδριῶν est scriptum.

1) ἢ ἀδικία] Ante hoc vocabulum videtur καὶ addendum. Tum Cdd. Ciz. et Par. recte dant ἀφόρητον, quemad-

plurimum affluat: in quo necesse est, multum vicissim effluere lataque effluxui patere foramina, quod nihil aliud est, quam charadrii vitam vivere: altera autem semel expleta propriis bonis in omne tempus sufficit. Huiusmodi fere est antiqua ad virtutis studium cohortatio.

C A P. XVIII.

Huic cognata est etiam alia ratio, quae per analogiam ab iis, quae in corpore conspicua sunt, ad animi mala et bona transgreditur, quae studium nostrum a malis auocat et a turpibus tanquam alienis abducit, ad bona autem omnibus viribus appetenda excitat, animumque nostrum omnimodo in bonorum familiaritatem insinuat: ut, si corporis affectiones et morbi fugiendi sunt, multo magis, opinor, animi. Iniustitia, qui est morbus animi, intolerabilis est illi, qui

modum iam Vulcanius ἀφόρατον, quod in Arc. edit. legitur, corrigit. Sunt enim, addit Vulc., vitia πολύπονα, ut loquitur Aristox. Pythagor. — Arcerius in ἀφόρατον incidit. — Pro ἀπεικάζει et in edit. Arc. et in C. Ciz. legitur verbum ἀπόλαυσις, quod deprauatum esse patet. Scalig. pro eo scribit ἀπολάβη, quod non magis probandum, quam quod Arcerius profert ἀπολαύση. Ad verbum ἀπεικάζει aut ἀποδείκνυσιν ducunt ea, quae deinceps afferuntur e Platonis Gorgia p. 197. sqq. Findeis. p. 198. sqq. Heindorf.

ἔστι τῷ ἔχοντι, καὶ εἰ τὸ σῶμα συμμέτρως διακειμένον [ἀπεικάζει] ἡμῶν τὴν τελειότητα τῆς ψυχῆς, ὅταν ἐκεῖνο, ᾧ ζῶμεν, πλημμελῶς ἔχη καὶ στασιάζῃ πρὸς ἑαυτό, οὐκ ἔνεστιν ὀρθῶς διαβιῶναι. μετρώμεν δὲ καὶ ἐπὶ θάτερα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ὥσπερ γὰρ τάξεως καὶ κόσμου τὰ ἡμέτερα σώματα τυχόντα χρηστὰ ἂν εἴη, ἀταξίας δὲ μοχθηρά, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἀταξίας μὲν τυχοῦσα ἔσται πονηρά, χρηστὴ δὲ ἡ τάξεώς τινος καὶ κόσμου ἐπιλαβοῦσα. ἐπὶ μὲν οὖν τῷ σώματι ²⁾ ὄνομά ἐστι τῷ ἐκ τῆς τάξεώς τε καὶ τοῦ κόσμου γιγνομένῳ ὑγίεια, ἰσχύς· ἐπὶ δὲ αὐτῷ ³⁾ ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένῳ ἐκ τῆς τάξεως καὶ τοῦ κόσμου νόμιμόν τε καὶ νόμος ὄνομα κεῖται. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ ταῖς τοῦ σώματος τάξεσι τὸ ὑγιεινὸν ἀποδίδομεν· ἐξ οὗ ἐν αὐτῷ ἡ ὑγίεια γίγνεται καὶ ἄλλη ἀρετὴ τοῦ σώματος· οὕτως ἐπὶ ταῖς τῆς ψυχῆς κοσμήσεσιν ὁ νόμος λέγεται· ὅθεν καὶ νόμιμοι γίνονται καὶ κόσμιδι ταῦτα δὲ ἐστὶ δικαιοσύνη τε καὶ σωφροσύνη. οὐκοῦν ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, πρὸς ταῦτα βλέποντες καὶ τοὺς λόγους προσοίσουσι ταῖς ψυχαῖς, οὓς ἂν λέγωσι, καὶ τὰς πράξεις ἀπάσας, καὶ δῶρον εἰάν τι διδῶσι, δώσουσι, καὶ εἰάν τι ἀφαιρῶνται, ἀφαιρήσονται, πρὸς τοῦτο αἰὲ τὸν νοῦν ἔχοντες,

2) ἐπὶ — τῷ σώματι] Ita cum edit. Arc. Cd. Ciz. In Platone ἐν τῷ σώμ. Tum pro ὑγίεια Cd. Ciz. et edit. Arc. ὑγία.

ea laborat. Et si corpus iusta proportione temperatum animi perfectionem refert, quando illud, quo vivimus, in vitio est et secum ipsum discordat, vita recte institui nullo modo potest. Ad vtraque autem eodem modo transeamus. Quemadmodum enim corpora nostra ordinem et ornatum consecuta bene se habent, male autem, vbi ordine carent, ita etiam animus ordine carens, malus erit, ordinem autem et ornatum consecutus bonus. Atque in corpore quidem hoc, quod ex ordine et ornatu nascitur, sanitas et robur appellatur: in animo contra ei, quod ex ordine et ornatu oritur, nomen tribuitur legitimi et legis. Quemadmodum enim in corporis ordinatione appellamus sanum, vnde in eo sanitas efficitur et reliqua corporis virtus: sic in animi compositione lex appellatur, vnde etiam homines existunt legitimi et compositi. Haec vero sunt iustitia et temperantia. Illi igitur, quibus suus ipsorum animus curae est, huc respicientes, etiam verba, quae fecerint, animis adhibebunt et omnes actiones, et donum, si quod dederint, dabunt, et si quod demserint, dement, ad id semper animum in-

3) ἐπὶ δὲ αὐτῶ] In Cd. Ciz. erat αὐτῶ. In Platone: τί δὲ αὐτῶ. — Pro νόμιμον, quod praebent Cdd. Ciz. et Par., in Arc. edit. νομικόν. Eadem paulo post ὑγία, vbi recte Cd. Ciz. ἡ ὑγία.

ὅπως ἂν αὐτῶν δικαιοσύνη μὲν ἐν ταῖς ψυχαῖς γίγνηται, ἀδικία δὲ ἀπαλλάττηται, καὶ ἡ ἄλλη ἀρετὴ ἐγγίγνηται, κακία δὲ ἀπίη 4). τί γὰρ ὄφελος σώματι γε κάμνοντι καὶ μοχθηρῶς διακειμένῳ ἢ σιτία πολλὰ διδόναι καὶ τὰ ἥδιστα, ἢ ποτὰ, ἢ ἄλλ' ὀτιοῦν, ὃ μὴ ὀνήσει αὐτὸ ἔσθ' ὅτε πλέον ἢ τούναντίον κατὰ γε τὸν δίκαιον λόγον καὶ ἔλαττον; ἔστι ταῦτα. οὐ γὰρ οἶμαι λυσιτελεῖν 5) μετὰ μοχθηρίας σώματος ζῆν ἀνθρώπῳ· ἀνάγκη γὰρ οὕτως καὶ ζῆν μοχθηρῶς· οὐκοῦν καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι, οἷον πεινῶντα 6) φαγεῖν ὅσον βούλεται, ἢ διψῶντα πιεῖν, ὑγιαίνοντα μὲν ἔωσιν οἱ ἰατροὶ ὡς τὰ πολλὰ· κάμνοντα δέ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδέποτε ἔωσιν ἐμπίμπλασθαι ὧν ἐπιθυμεῖ. ἀλλὰ μὲν καὶ περὶ ψυχῆν ὁ αὐτὸς τρόπος· ἕως μὲν ἂν πονηρὰ ἢ ἀνόητός τε οὖσα καὶ ἀδικος 7) καὶ ἀνόσιος, εἴργειν αὐτὴν δεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ μὴ ἐπιτρέπειν ἄλλ' ἅττα ποιεῖν, ἢ ἅ ἂν ποιῶν βελτίων ἔσται. οὕτω γὰρ που αὐτῇ ἄμεινον τῇ ψυχῇ· οὐκοῦν τὸ εἴργειν ἔστιν ἀφ' ὧν ἐπιθυμεῖ

4) ἀπίη] Cd. Ciz. ἀπειη, edit. Arc. ἀπῆι. Paulo post ἢ σιτία Cd. Ciz. A Plat. ἢ abest. Tum cum Heindorf. ὀνήσει scripsi pro ὀνήσει, quod etiam Cd. Ciz. habet, idemque αὐτοῦς ἔσθ' ὅτι. Iam Scal. correxit ἔσθ' ὅτι, quod Heindorf. recepit.

5) λυσιτελεῖν] Ita cum edit. Arc. Cd. Ciz., sed Plato λυσιτελεῖ. Tum pro ἀνθρώπῳ, quod habet Cd. Ciz., in edit. Arc. est ἀνθρώποι, quod Scal. mutavit in ἀνθρώπων.

6) πεινῶντα] Sic recte Cd. Par. Sed edit. Arc. et Cd. Ciz. πινῶντα.

tendentes, vt in ipsorum animis iustitia insit, iniustitia autem discedat, reliqua virtus insit, prauitas expellatur. Quid enim confert corpori aegrotanti maleque affecto, cibos multos suauissimosque praebere, aut potum, aut aliud quidpiam, quod ei interdum non plus profuturum sit, quam contrarium, vel, si recte rem aestimes, minus etiam? Ita est. Non enim prodesse arbitror homini, in afflicto corpore viuere. Sic enim necesse est viuere male. Igitur etiam cupiditatibus satisfacere, veluti esurientem comedere, quantum vult, vel sitientem bibere, quatenus placet, sanum quidem hominem medici plerumque permittunt, aegrotantem vero nunquam, vt breuiter dicam, appetitus suos implere permittunt. Iam vero ad animum quod attinet, eadem est ratio. Quatenus enim prauus sit et demens, atque iniustus et impius, coercendus nimirum est a cupiditatibus, neque permittendus alia facere quam illa, ex quibus euadat melior. Ita enim ipsi animo expedit. Igitur coercere, est ab his, quae cupit, continere. Conti-

7) καὶ ἄδικος] Haec verba desunt in Cd. Par., non item in Ciz. — Δεῖ, quod paulo post legitur, abest a Cd. Ciz. Tum pro ἄλλ' ἅπαντα, vt e Platone scripsi, in edit. Arc. et Cd. Ciz. extat ἀλλ' αὐτά. — Pro ἢ ἂν ποιῶν βελτίων ἔσται, quae est lectio edit. Arc. et Cd. Ciz., nisi quod ἢ qmittunt, in Platone haec leguntur: ἢ ἀφ' ὧν βελτίων ἔσται. — Pro οὕτω, quod sequitur et a me e Platone repositum est, in edit. Arc. et Cd. Ciz.

κολάζειν. τὸ κολάζεσθαι ἄρα τῇ ψυχῇ ἀμει-
κρόν ἐστίν ἢ ἀκολασία, ὡςπερ οἱ πολλοὶ
οἴονται, καὶ τὸ κόσμιον ⁸⁾ εἶναι καὶ τεταγμέ-
νον προέχει τοῦ ἀκοσμίου τε καὶ ἀτάκτου,
ὡστ' ἐξ ἅπαντος τρόπου τὴν δικαιοσύνην καὶ
σωφροσύνην ἀσκητέον πρὸ τῶν ἐναντίων ἕξεων.
καὶ τοῦτο μὲν ἡμῖν οὕτως ἐχέτω.

Κ Ε Φ. ιθ.

Δύναται δ' ἂν τις καὶ κατ' ἰδίαν ἀπὸ
τῶν ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθῶν ἐπεξελθεῖν τῷ προ-
κειμένῳ δεικνύων αὐτῶν τὸ τέλος καὶ κύριον
εὐδαιμονίας. ὅσα γὰρ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος
προέχει, τοσοῦτῳ μᾶλλον καὶ τὰ ἀγαθὰ
αὐτῆς ὑπερέχει. καὶ τὰ μὲν τοῦ σώματος
ἐστὶ ¹⁾ εὐκαταφρόνητα, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς
τίμια καὶ σεμνά. καὶ τὸ ἀγαθὸν οὖν οὐ τὸ
αὐτὸ ἐστίν, ὅπερ τὸ ἡδύ, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ
ἕνεκα πρακτέον τὸ ἡδύ, οὐ τὸ ἀγαθὸν ἕνεκα
τοῦ ἡδέος· ἡδὺ δὲ ἐστὶ τοῦτο, οὗ παραγενο-
μένου ἡδόμεθα, ἀγαθὸν δέ, οὗ παρόντος
ἀγαθοὶ ἐσμεν. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοὶ γε ²⁾ ἐσμέν
καὶ ἡμεῖς καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα ἀγαθὰ
ἐστίν, ἀρετῆς τινὸς παραγενομένης. ἀλλὰ

est οὐ. In edit. Arc. hic locus multis modis deprava-
tus est.

8) καὶ τὸ κόσμιον] Sic recte Cd. Ciz. Edit. Arc. τὸν κοσ.
Τὸν Cd. Ciz. τεταγμένον. Idem male προέχει pro
προέχει, vt recte Arcerius.

1) ἐστὶ.] Sic scripsi pro ἐστὶται, quod et in edit. Arc. et in
Cd. Ciz. extat. Sed futurum huic loco minus aptum

nentia igitur melior est animo, quam incontinentia, vt vulgo creditur, atque temperatum esse et ordinatum praestat, quam intemperantem esse et inordinatum. Quamobrem omni modo iustitia et temperantia magis colendae sunt quam contrariae affectiones: atque hoc sic nobis ratum esto.

C A P. XIX.

Poterit vero aliquis etiam sigillatim a bonis, quae in animo insunt, rem praesentem aggredi ostendens, quod in iis perfectum felicitatisque proprium sit. Quanto enim animus corpori praestat, tanto etiam magis eius bona eminent; et corporis quidem facile contemni poterunt, animi autem sunt pretiosa et veneranda. Bonum igitur non idem est, quod iucundum, atque boni causa faciendum iucundum, non bonum iucundi causa. Iucundum hoc est, quo praesente voluptate afficimur, bonum autem, quo praesente boni sumus. Boni vero sumus et nos et quaecunque alia ob praesentem virtutem quandam.

est, et quin *ἔστι* et *ἔσται* facillime inter se permittentur, nemo dubitat. — Quae deinceps in Iamblichio leguntur, sumta sunt e Platonis Gorgia (p. 206. sqq. Heindorf. p. 204. sqq. Findeis.).

2) *ἀγαθοί γε*] *Τε* scripsi e Platone pro *τε*, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur,

μὲν δὴ ἢ γε ἀρετὴ ἐκάστου καὶ σκεύους καὶ σώματος καὶ ψυχῆς αὐ καὶ ζώου παντὸς οὐχ οὕτως εἰκῆ 3) κάλλιστα παραγίγνεται, ἀλλὰ τάξει καὶ ὀρθότητι καὶ τέχνῃ, ἣτις ἐκάστῳ ἀποδέδοται αὐτῶν. τάξει ἄρα τεταγμένον τε καὶ κεκοσμημένον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἐκάστου, ὡς φαίη ἂν τις 4) σωφρόνως λογιζόμενος. ἐν ἐκάστῳ γὰρ ὁ ἐκάστου οἰκειὸς κόσμος ἀγαθὸν παρέχει ἕκαστον τῶν ὄντων. ὅθεν δὴ καὶ ψυχὴ κόσμον ἔχουσα τὸν αὐτῆς ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. ἀλλὰ μὴν ἢ γε κόσμον ἔχουσα κοσμία· ἢ δέ γε κοσμία σώφρων· ἢ ἄρα σώφρων ψυχὴ ἀγαθὴ. λέγω δὴ οὖν, ὅτι, εἴ ἢ σώφρων ἀγαθὴ ἐστίν, ἢ τούναντίον τῆ σωφροῦ πεπονθῦν κακὴ ἐστίν· ἢν δὲ αὕτη ἢ ἄφρων τε καὶ ἀκόλαστος 5). πολλὴ ἀνάγκη· καὶ μὴν ὅγε σώφρων τὰ προσήκοντα πράττει ἂν καὶ περὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου 6). οὐ γὰρ ἂν σωφρονοῖ τὰ μὴ προσήκοντα πράττων. ἀνάγκη ταῦτ' εἶναι οὕτω. καὶ μὴν περὶ μὲν ἀνθρώπου τὰ προσήκοντα πράττων δίκαια ἂν

3) οὐχ οὕτως εἰκῆ] Sic e Platone pro οὐ τῷ εἰκῆ καί, quod et edit. Arc. et Cd. Ciz. habet. Pro κάλλιστα in Cd. Par. est μάλιστα, quod idem, vt observat Heindorf., teste Routhio in margine Iamblichii Scaligeri manu adscriptum. — Paulo post pro ἀποδέδοται, quod cum Platone servant Cdd. Par. et Ciz., in edit. Arc. est παραδίδοται. Tum etiam Cd. Ciz., vt edit. Arc., habet τεταγμένον τι. In Platone τι non legitur.

4) ὡς φαίη ἂν τις κ. τ. λ.] In Platone haec leguntur: φαίην ἂν ἔγωγε. κόσμος τις ἄρα ἐγγενόμενος ἐν ἐκάστῳ κ. τ. λ. Ex quibus Iamblichii orationi etiam verbum

At virtus cuiusque siue instrumenti, siue corporis, siue animae non temere utique adest, sed ordine rectitudineque et arte, quae horum cuique tradita sit. Quamobrem ordine ordinatum ornatumque esse est cuiusque virtus, ut quis dixerit recte ratiocinans. Nam ornatus quidam proprius unicuique insitus quodlibet efficit bonum. Quapropter anima, quae proprium habet ornatum, melior est illa, quae ornatus est expers. Iam vero quae habet ornatum, ornata est atque modesta: talis vero etiam temperans: quae vero temperans, est etiam bona. Dico igitur, si temperatus animus bonus est, consequi, ut, qui contra atque temperatus affectus est, sit malus. Erat vero talis intemperatus animus et incontinens. Ita utique necesse est. Temperatus autem agit decentia erga deos atque homines. Non enim temperatus esset, nisi decorum seruaret. Necesse est sic esse. Proinde qui decentia inter homines agit, iuste

¹⁰⁰⁸ *κόσμος* inserui, quod quidem quum deesse non possit, tamen neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. reperitur.

5) *καὶ ἀκόλαστος*] Sic Cd. Ciz. et edit. Arc., in Platone *καὶ ἡ ἀκόλαστος*.

6) *καὶ ἀνθρώπους*] Sic Cd. Ciz. et edit. Arc., in Platone *καὶ περὶ ἀνθρώπους*. Deinde post *πράττων* e Platone addidi verba *ἀνάγκη* vsque ad *ἂν πράττοι*, quae aequae in Cd. Ciz., atque in illo, vnde Arcerius textum descripsit, desunt. Omnem locum, recte iudicante Arcerio, imprudens et oscitans scriba deceptus verbo *πράττων* bis posito praetermisit.

πράττοι, περὶ δὲ θεοὺς ὅσια· τὸν δὲ τὰ δίκαια καὶ ὅσια πράττοντα ἀνάγκη δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη. οὐ γὰρ δὴ σώφρονος ἀνδρός ἐστὶν οὔτε διώκειν οὔτε φεύγειν, ἅ μὴ προσήκει, ἀλλ' ἅ 7) δεῖ καὶ πράγματα καὶ ἀνθρώπους καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας φεύγειν καὶ διώκειν καὶ ὑπομένοντα καρτερεῖν, ὅπου δεῖ. ὥστε πολλὴ ἀνάγκη τὸν σώφρονα, ὥσπερ δηλοῦμεν, δίκαιον ὄντα καὶ ἀνδρεῖον καὶ ὅσιον ἀγαθὸν ἀνδρα εἶναι τελέως, τὸν δὲ ἀγαθὸν 8) εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν, ἅ ἂν πράττη, τὸν δὲ εὖ πράττοντα μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα εἶναι, τὸν δὲ πονηρὸν καὶ κακῶς πράττοντα ἀθλιόν· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐναντίως ἔχων τῷ σώφρονι, ὁ ἀκόλαστος. εἰ δὴ 9) ἐστὶ ταῦτα ἀληθῆ, τὸν βουλόμενον, ὡς ἔοικεν, εὐδαίμονα εἶναι σωφροσύνην μὲν διοικτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν, καὶ παρασκευαστέον μάλιστα μὲν μὴ δεῖσθαι τοῦ κολάζεσθαι, εἰ δὲ δεηθῆ ἢ αὐτὸς ἢ ἄλλος τις τῶν οἰκείων ἢ ιδιώτης 10) ἢ πόλις, ἐπιθετέον δίκην καὶ κολαστέον, εἰ μέλλει εὐδαίμων εἶναι. οὗτος

7) ἀλλ' ἅ] Sic scripsi de certissima Heindorf. emendatione; nam etiam Cd. Ciz. servat ἀλλά.

8) τὸν δὲ ἀγαθ.] Cd. Ciz. τὸ δὲ ἀγαθ. — Idem cum edit. Arc. πράττη, quod etiam in Platone a pluribus Cdd. oblatum vulgato πράττοι non postponendum erat.

9) εἰ δὴ] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone εἰ δέ, cui quidem ταῦτα, quod habet Iamblichus, videtur

agit: et agens similiter erga deos, agit pio. Eum vero, qui iusta piaque agit, necesse est esse iustum atque pium. Praeterea fortem hunc esse necesse est. Non enim temperati viri est, vel persequi, vel fugere alia, quam quae decet: imo oportet et res singulas et homines ipsos et voluptates atque molestias tum fugere, tum persequi, tum etiam tolerare, ubi sit opus. Quamobrem omnino necessarium est, temperatum virum, cum, ut diximus, iustus et fortis sit et pius, esse perfecte bonum, bonum vero bene honesteque agere, quicquid agat, eum autem, qui bene agit, felicem esse atque beatum, improbum vero ac male agentem esse miserum: talis autem est, qui aliter est affectus, quam temperatus, videlicet qui intemperatus est. Quamobrem si ita se res habet, quicumque optat beatus fore, temperantiam sequi exercereque debet, intemperantiam vero fugere, quantum cuiusque nostrum pedes valent: atque ita se comparare, ut non indigeat castigatione atque poena: si vero indigeat vel ipse vel alius quivis familiarium siue privatus siue civitas, adhibita poena coercendus est, si modo futurus sit beatus. Hoc mihi

reddendum. Paulo post pro *μη δέισθαι* in Platone est *μηδέν δέισθαι*. Item *ἢ αὐτὸς* dedit e Plat., quum *ἦ* in Cd. Ciz. et edit. Arc. deesset.

10) *ιδιωτης*] Sic cum Plat. Cd. Ciz. In Arc. edit. *ιδιωτων*, non male.

ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι, πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν ¹¹⁾, καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὐτοῦ συντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως, ὅπως δικαιοσύνη παρέσται καὶ σωφροσύνη τῷ μακαρίῳ μέλλοντι ἔσεσθαι, οὕτω πράττειν, οὐκ ἐπιθυμίας ἑῶντα ἀκολάστους εἶναι, καὶ ταύτας ¹²⁾ ἐπιχειροῦντα πληροῦν, ἀνίηυτον κακόν, ληστοῦ βίον ζῶντα. οὔτε γὰρ ἂν ἄλλῳ ἀνθρώπῳ προσφιλεῖς εἶη ὁ τοιοῦτος οὔτε θεῶ· κοινωνεῖν γὰρ ἀδύνατος· ὅτῳ δὲ μὴ ἐνι κοινωνία, φιλία οὐκ ἂν εἶη. φασὶ δὲ οἱ σοφοί, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν, οὐκ ἀκοσμίαν οὐδὲ ἀκολασίαν. τὸν δὲ μὴ προσέχοντα τούτοις λέληθεν, ὅτι ἡ ἰσότης ἢ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται· διὸ πλεονεξίαν οἶονται δεῖν ἀσκεῖν· γεωμετρίας γὰρ ἀμελοῦσι. τὸ μὲν οὖν ὅλον τῆς εὐδαιμονίας ζωῆς πέρι ¹³⁾ οὕτως ἔχει· καὶ ἔπεται δὲ αὐτῇ ¹⁴⁾ τὸ καλῶς αἰρεῖσθαι μᾶλλον τελευτᾶν, οἷς ἐστὶν ἐξουσία

11) δεῖ ζῆν] Sic cum Plat. Cd. Ciz. et edit. Arc. Sed Cd. Par. δεῖν ζῆν. Tum edit. Arc. pro καὶ τὰ τῆς πολ. habet κατὰ τῆς πολ., et paulo post pro ἑῶντα Cd. Ciz. εἶντα.

12) ταύτας] E Platone. Edit. Arc. et Cd. Ciz. ταῦτα. Deinde in Cd. Ciz. deest ἂν post προσφιλεῖς, in Cd. Par. autem ἂν post γάρ. Cum Cd. Ciz. facit edit. Arc. Pro ὅτῳ δὲ, quod in Plat. recte legitur, in Cd. Ciz. et edit. Arc. est ὅτῳ γάρ.

videtur esse signum, ad quod prospicientes dirigere vitam debemus, omnia tam publica, quam priuata ad hoc referentes, vt iustitia et temperantia illi adsit, qui futurus sit felix: non autem cupiditatibus omnia permittenda sunt, quas explere conari, inexplebile malum est, latronisque more vitam agere. Neque enim cuiquam hominum is, qui eiusmodi est, carus vnquam erit, neque deo: quippe cui societas cum aliis nulla esse possit: cui vero non sit societas, ei nec amicitia vnquam constabit. Tradunt autem sapientes, coelum et terram, deosque et homines societate quadam et amicitia, modestoque ornatu et temperantia et iustitia contineri: atque id vniuersum propterea mundum ornatumque appellant, non immunditiam, neque intemperantiam. Qui autem ad haec non attendit, cum latet, geometricam aequalitatem in diis atque hominibus valere quam plurimum. Quapropter pleonexiam, i. e. praestantiam siue primas partes, exercendam putant: geometriam enim contemnunt. Vniuersa igitur vitae felicitatis ratio ita comparata est. Cum hac vero coniunctum est, vt malint honeste mori, si quibus non liceat honeste viuere,

13) τῆς εὐδαιμονίας ζωῆς πέρι] Sic Cd. Ciz. In edit. Arc. τῆς εὐδαιμονος ζωῆς πέρι.

14) καὶ ἔπεται δὲ αὐτῇ] In Cd. Ciz. et edit. Arc. erat αὐτῇ. Quae in Iamblichō sequuntur, petita sunt e Platonis Menexeno p. 56. sqq. ed. Gottleb. In Cd.

ζῆν μὴ καλῶς, πρὶν παῖδάς τε καὶ τοὺς ἔπειτα
 εἰς ὄνειδη καταστήσαι, καὶ πρὶν τοὺς πατέρας
 καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχύναι· τῷ γὰρ
 τοὺς αὐτοῦ αἰσχύναντι ἀβίωτόν ἐστι, καὶ τῷ
 τοιούτῳ οὔτε τις ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλος
 ὑπάρχει οὔτ' ἐπὶ γῆς οὔτε ὑπὸ γῆν τελευτή-
 σαντι. χρὴ οὖν πάντα ἄνδρα, εἴαν τι καὶ
 ἄλλο ἀσκῆ, μετ' ἀρετῆς ἀσκεῖν εἰδότες, ὅτι
 τούτου λειπόμενα ¹⁵⁾ ἅπαντα καὶ κτήματα
 καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακὰ. οὔτε
 γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ'
 ἀνανδρίας· ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ
 καὶ οὐχὶ ἑαυτῷ· οὔτε σώματος κάλλος καὶ
 ἰσχὺς δειλῶ καὶ κακῶ ξυνοικοῦντα πρέποντα
 φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ καὶ ἐπιφανέστατον ¹⁶⁾
 ποιεῖ τὸν ἔχοντα, καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν,
 πᾶσά τε ἐπιδήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ
 τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία, οὐ σοφία φαίνε-
 ται. ὧν ἕνεκα πρῶτον ¹⁷⁾ καὶ ὕστατον καὶ
 διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶ-
 σθαι δεῖ ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβα-
 λεῖται τις τοὺς πρόσθεν προγόνους εὐκλεία·
 εἰ δὲ μὴ, ὅπως ἴσον αὐτοῖς ¹⁸⁾ καταστήσῃ
 τὴν αὐτοῦ καλοκαγαθίαν· ἢ μὲν γὰρ ἐν
 τούτοις νίκη τιμὴν φέρει, ἢ δὲ ἥττα, ἐὰν
 ἥττάται τις, αἰσχύνῃν. μάλιστα δ' ἂν νε-

Ciz. erat εἰς ὄν ὄνειδη. Ibidem vt in Cd. Par.
 αἰσχύναντι, in edit. Arc. et Plat. αἰσχύνοντι. Tum ὑπὸ
 γῆν edit. Arc. et Cd. Ciz. In Plat. ὑπὸ γῆς.

15) λειπόμενα] Edit. Arc. λειπόμεθα. Tum Cd. Ciz. et
 edit. Arc. ἅπαντα, in Plat. πάντα. — Pro ἀνανδρίας

priusquam liberos et posteros infamiae subiciant, ac parentibus maioribusque omnibus dedecori sint. Nam qui suos dedecorat, ei non est viuendum, et huic neque in vita neque post mortem amicus aliquis est vel hominum vel deorum. Oportet igitur omnes homines, si quid aliud exercent, cum virtute exercere, absque virtute exercitationes et possessiones omnes turpes malasque esse. Diuitiae enim splendorem afferunt nullum cum ignauia possidenti: neque enim sibi hic, sed alteri parat possidetque diuitias: neque forma corporis atque robur timido ac prauo cum insunt, decorem praestant. Eum namque dedecent, notiores efficiunt, ignauiam patefaciunt. Praeterea scientia, quae est remota a iustitia aliaque virtute, non sapientia, sed calliditas esse videtur. Quorum causa et primo et postremo atque per omnia omni studio diligentiaque contendendum est, vt quam maxime maiores virtutis gloria superemus: sin minus, vt honestate nostra eos aequiparemus. In hoc enim vincere, honorem affert, vinci, dedecus. Maxime autem

Cd. Ciz. ἀνανδρείας. Idem cum edit. Arc. οὐχι, Plat. οὐχι. Pro κακῶ Cd. Ciz. καλῶ.

16) ἀπρεπῆ καὶ ἐπιφανέστατον] Ita Cd. Ciz. Edit. Arc. et Plato ἀπρεπῆ (in edit. Gottleb. ἀπρεπῆ vitio typogr.) καὶ ἐπιφανέστερον.

17) πρῶτον] Ita edit. Arc. et Cd. Ciz. In Platone καὶ πρῶτον, ibidemque διαπαντός.

18) ἴσον αὐτοῖς] Ita Cd. Ciz. Edit. Arc. ἴσον αὐτοῦ.

κήσειέ τις ἐν τούτοις, εἰ παρασκευάσαιτο τῇ τῶν προγόνων δόξῃ μὴ καταχρήσασθαι, μηδὲ ¹⁹⁾ ἀναλῶσαι αὐτὴν μάτην, καλῶς εἰδῶς, ὅτι ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι οὐκ ἔστιν αἰσχίον ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. εἶναι μὲν γὰρ τιμᾶς ²⁰⁾ γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής· χρῆσθαι δὲ καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν θησαυρῶ καὶ μὴ τοῖς ἐκγόνοις παραδιδόναι, αἰσχρὸν καὶ ἄνανδρον ἀπαρῆς ἰδίων αὐτοῦ ²¹⁾ κτημάτων τε καὶ εὐδοξίων, ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ ἄρχεσθαι δεῖ πάντων τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν εἰς εὐκλειαν καὶ εὐδαιμονίαν φερόντων. πάλαι γὰρ ²²⁾ τὸ μηδὲν ἄγαν λεγόμενον καλῶς δοκεῖ λέγεσθαι· τῷ γὰρ ὄντι εὖ λέγεται. ὅτω γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα ἢ ἐγγύς τούτου καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ²³⁾ αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται, καὶ τὰ ἐκείνου τούτω ἄριστα παρεσκευάσθαι ζῆν. οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος, οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παιδῶν καὶ διαφθειρομένων μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ.

19) μηδὲ] Cd. Ciz. μὴ δὲ, edit. Arc. μὴδ'.

20) τιμᾶς] E Platone. In Cd. Ciz. et edit. Arc. pro τιμᾶς est ἡμᾶς. In hac enunciatione verba εἶναι τιμᾶς γονέων efficiunt subiectum, quod dicunt. — Tum cum Arc. e Plat. scripsi ἐκγόνοις pro ἐγγόνοις, quod Cdd. Ciz. et Par. suppeditant. At paulo post etiam in Cd. Ciz. est ἐκγόνοις.

in his aliquis vicerit, si ea ratione vitam instituat, ut maiorum gloria non abutatur, neque eam dilapidet, probe sciens, viro aliquid esse se existimanti nihil turpius posse accidere, quam se ipsum honorandum non propriam ob virtutem, sed propter gloriam superiorum praebere. Gloria enim parentum natis praeclarus est magnificusque thesaurus. Vti vero pecuniarum honorumque thesauro et hunc ad posteros non transfundere, propriae possessionis gloriaeque penuria, turpe et a viri generositate penitus alienum. A se ipso enim quilibet initium facere debet omnium bonorum, et eorum, quae ad laudem et felicitatem ducunt. Enimvero vetus illud prouerbum, ne quid nimis, scite dictum videtur. Nam cui vere ex se ipso apta sunt omnia, quae ad bene viuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius euentis et errare coguntur, huic optima viuendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet praecepto illi veteri.

21) ἀπορία ἰδίων αὐτοῦ] Sic e Plat. scripsi pro ἀπορεῖ δὲ αὐτοῦ, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. legitur.

22) πάλαι γὰρ] Ita Cd. Ciz. In Plat. et edit. Arc. πάλαι γὰρ δὴ.

23) ἐν ἄλλοις] Ita Cd. Ciz. In edit. Arc. et Plat. additur ἀκθρόποις. Tum pro ἠνάγκασται in Cd. Ciz. ἠνάγκασθαι.

οὔτε γὰρ χαίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι. τοιούτους δὲ ἡμεῖς ἀξιούμεν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς οὔτε ἀγανακτοῦντας οὔτε φοβουμένους ἄγαν, εἰ δεῖ τελευτᾶν ἐν τῷ παρόντι ἢ ἄλλο τι πάσχειν τῶν ἀνθρωπίνων. διατεταμένως γὰρ δὴ δεῖ ταύτην ἔχειν τὴν δόξαν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ²⁴⁾ ἀνὴρ σώφρων ὢν καὶ δίκαιος εὐδαιμών ἐστὶ καὶ μακάριος, εἴαν τε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, εἴαν τε μικρὸς ²⁵⁾ καὶ ἀσθενὴς ἢ, καὶ εἴαν πλουτῆ καὶ μὴ. εἴαν ἄρα ²⁶⁾ πλουτῆ Κενύρα τε καὶ Μίδα μάλλον, ἢ δὲ ἄδικος, ἀθλιὸς τ' ἐστὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῆ, καὶ οὔτ' ἂν μνησαίμην, φησὶ ὁ ποιητής, εἴτερ ὀρθῶς λέγει, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην ²⁷⁾, ὃς μὴ πάντα τὰ λεγόμενα καλὰ μετὰ δικαιοσύνης πράττοι καὶ κτῆτο, καὶ δῆϊων τοιούτος ὢν ὀρέγοιτο ἐγγύθεν ἰστάμενος ἄδικος δὲ ὢν μῆτε τολμῶ ὀρῶν φόνον αἵματόεντα μῆτε νικῶ θέων θρηϊκιον βορέην μῆτε ἄλλο αὐτῷ μηδὲν τῶν λεγομένων ἀγαθῶν γίγνοιτό ποτε. τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται ²⁸⁾. λέγεται γὰρ,

24) ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς κ. τ. λ.] E libro II. de legib. Vol. VIII. p. 75. sqq. Bip.

25) μικρὸς] Ita Cd. Ciz. In Plat. μικρὸς. Post ἀσθενὴς e Plat. addidi ἢ, quod in Cd. Ciz. deerat.

26) εἴαν ἄρα.] Ita Cd. Ciz. In Plat. et edit. Arc. εἴαν δὲ ἄρα. Sed δὲ etiam in Platone delendum videtur. — Post πλουτῆ autem in Plat. additur μέν, quod et in Cd. Ciz. et in edit. Arc. deest.

27) τιθείμην] In Cdd. Ciz. et Par. est τιθείμην, quae

Neque laetabitur vnquam, neque moerebit nimis, qui semper in se ipso omnem spem reponet sui. Tales autem nos volumus esse bonos, qui neque indignentur neque nimis metuant, si in praesenti oportet mori, aut aliud quid humanum pati. Nam hanc sententiam firmiter retinere oportet, bonum virum, quia temperatus iustusque sit, felicem esse atque beatum, siue magnus atque robustus, siue paruus ac debilis, siue pauper sit, seu diues. Iniustum autem hominem, etiamsi ditior sit, quam Cinyras aut Midas, miserum esse et in moerore vitam ducere. Itaque poeta nobis, si recte loquatur, inquiet: Nunquam ego de illo mentionem faciam, neque virum appellabo, qui non omnia, quae bona dicuntur, cum iustitia possideat atque disponat. Is igitur iustitia exornatus cominus pugnare cum hostibus delectetur: iniustus autem sanguinolentam caedem videre non audeat, neque currendo Thracium queat Boream superare, nec ei quicquam eorum, quae bona dicuntur, vnquam affuerit. Quae enim vulgo appellantur bona, non recte bona dicuntur. Aiunt nempe, optimum esse sani-

forma etiam in Platone restituenda videtur. Tum pro *κῆτο*, quod cum Plat. habet edit. Arc., in Cdd. Ciz. et Par. est *κακῆτο*. Item pro *καὶ δῆλων*, vt in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur, in Platone est *καὶ δὴ καὶ δῆλων*. Denique pro *μήτε* Cd. Ciz. *μηδὲ*.

28) *λέγεται*] Alterum *λέγεται* in Cd. Ciz. ddest. — Qui

ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται. καὶ γὰρ ὄξυ ὄραν καὶ ἀκούειν καὶ πάντα, ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων, εὐαισθητῶς ἔχειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα, ὅ τι ἂν ²⁹⁾ ἐπιθυμῆ. καὶ τὸ δὴ τέλος ἀπάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅτι τάχιστα. ὁ δὲ ἐμὸς λόγος ταδὲ λέγει ³⁰⁾, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα δικαίοις μὲν καὶ ὀσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκους δὲ κάκιστα ξύμπαντα ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. καὶ δὴ καὶ τὸ ὄραν καὶ τὸ ἀκούειν καὶ αἰσθάνεσθαι ³¹⁾ καὶ τοπαράπαν ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ³²⁾ ἀθάνατον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἀπάσης· ἔλαττον δέ, ἂν ὡς ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῶη. λέγω γὰρ σαφῶς τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκους εἶναι τοῖς δὲ δικαίοις κακὰ, τὰ δὲ ἀγαθὰ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακὰ. καὶ ὁ μὲν ἀδίκως ζῶν καὶ ὑβριστικῶς ἐξ ἀνάγκης αἰσχροῦς ζῆ· εἰ δὲ αἰσχροῦς, καὶ

sequitur locus, in Platone sic se habet: τρίτον δὲ ἰσχύς, τέταρτον δὲ πλοῦτος.

29) ὅ τι ἂν] Sic cum Platone edit. Arc. In Cd. Ciz. ὅ τι δ' ἂν. Idem pro μακαριότητος habet μακαριότητα.

30) ὁ δὲ ἐμὸς — λέγει] Sic Cd. Ciz. In edit. Arc. pro ταδί est τάδε. Plato sic: ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγὼ πον τάδε λέγομεν. — Pro ἀρξάμενα, vt e Platone scripsi, in edit. Arc. et Cd. Ciz. est ἀρξαμένους.

tatem, ei proximum bonum formam, tertium vero diuitias. Innumerabilia ferme caetera huiusmodi bona narrantur. Nam et acute cernere atque audire, aliisque sensibus integre vti, bona videntur, et ad haec omnia posse tyrannica licentia facere, quaecunque cupias, summamque totius beatitudinis esse ferunt, si cum istorum omnium possessione immortalis statim euadas. Ego autem affirmo, iustis sanctisque viris optimam esse istorum omnium possessionem, iniustis autem omnium pessimam, a sanitate initio sumto. Sanum namque esse et videre atque audire, ac omnia facile sentire et omnino viuere vel immortalem, pessimum est, si cum horum omnium possessione semper vixeris expers iustitiae ceterarumque virtutum: minus autem malum, si quam breuissimo tempore sic affectus vitam finieris. Ego enim assero, quae vulgo mala dicuntur, iniustis bona esse, iustis autem mala: quae vero dicuntur bona, bonis quidem vere bona, malis autem mala. Atque ille, qui iniuste viuunt et contumeliose, necessario etiam turpiter viuunt, si autem tur-

31) αἰσθάνεσθαι] Ita Cd. Ciz. cum Platone. Edit. Arc. τὸ αἰσθάνεσθαι. Tum Cd. Ciz. τὸ παρόπαν. Paulo post e Platone post διαισούνης addidi τε, quod in Cd. Ciz. et edit. Arc. deerat.

32) χόρον] Ita edit. Arc. cum Platone. Cd. Ciz. χρόνος, et Cd. Par. paulo post τοιοῦτος ὁ χρόνος.

κακῶς· ὥστε καὶ ἀηδῶς ζῆ καὶ οὐ ξυμφερόν-
τως ἑαυτῶ· τὸν γὰρ αὐτὸν ἡδιστὸν τε καὶ
ἀριστον ὑπὸ θεῶν βίον λέγοντες φάσκοντες
ἀληθέστατα ἐροῦμεν. εἰ τοίνυν καὶ τὰ ἀγαθὰ
τῶ κατ' ἀρετὴν βίῳ μάλιστα συνήρτηται, καὶ
τότε ἐστὶν ἀγαθὰ ὄντως, καὶ τὸ χαίρειν τῶ
φιλοσοφεῖν μόνῳ συνάπτεται, πάντων ἕνεκα
χρῆ τοῦτον τὸν βίον προαιρεῖσθαι τοὺς βου-
λομένους ὄντως εὐδαιμονεῖν.

Κ Ε Φ. κ.

Οἶμαι ¹⁾ τοίνυν, οὐκ ἀνάρμοστον εἶναι
ἐνταῦθα καὶ τὴν διὰ τῶν ὑποθηκῶν προτρο-
πὴν ἤδη πως συνεγγίζουσαν εἰς τὴν ὑφήγησιν
τοῦ ²⁾ πῶς δεῖ βιοῦν, καὶ μάλιστα ἐμφαι-
νοῦσαν τοῦτο, ὡς οὐκ ἀπέσπασται τὰ τοῦ
λόγου ³⁾ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν μέρη· συνεχῆ
δ' ἐστὶ πάντα πρὸς ἄλληλα. κατὰ δὴ ταύτην
οὖν τὴν μέθοδον ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀρχό-
μεθα πρῶτον, ὡς δεῖ θεοσέβειαν ἀσκεῖν.
αὕτη δὲ οὐκ ἂν παραγένοιτο, εἰ μὴ τις ἀφο-
μοιώσειε ⁴⁾ τῶ θεραπευομένῳ τὸ θεραπεῦον.
τὴν δὲ ὁμοιότητα ταύτην οὐκ ἄλλη τις ἢ
φιλοσοφία παρέχει. ἀλλὰ μὲν καὶ ἀψεύθειαν

1) Οἶμαι] Hic noui capitis initium constitui motus aucto-
ritate Cdd. Ciz. et Par., atque adeo ipsa re flagitante.
In edit. Arc. cap. XIX. continuatur vsque ad τὸ
θεραπεῦον.

2) τοῦ] Ita scripsi pro τὸ, quod et in edit. Arc. et in Cd.
Ciz. legitur. Non igitur est, quod cum Arcerio putes,
post πῶς δεῖ βιοῦν verbum aliquod abesse, et ποιήσα-
σθαι vel simile inserendum esse.

pitur, etiam male: itaque etiam iniucunde viuit, sibi que minus vtiliter. Si enim eandem et iucundissimam et optimam vitam a diis dici affirmamus, verissime loquemur. Si igitur etiam bona cum vita, quae secundum virtutem traducitur, maxime cohaerent, et tum reuera bona sunt, etiam laetitia cum sola philosophia coniuncta est. Omnium igitur causa ii, qui vere felices fieri cupiunt, hanc vitam eligere debent.

C A P. XX.

Quocirca existimo, nec illam cohortationem ab hoc loco esse alienam, quae continetur admonitionibus, et quodammodo iam commissa est illi praeceptioni, quomodo vita sit instituenda, maximeque ostendit, disputationis ad philosophiae studium excitantis partes non esse abruptas: quae omnes inter se cohaerent. Ex hac igitur ratione ab iis, quae praestantissima sunt, initium facimus praecipientes, pietatem colendam esse. Haec autem contingere non potest, nisi quis id, quod colit, ei, quod colitur, simile reddiderit. Quam similitudinem nihil aliud, nisi philosophia efficit. Porro etiam veritatem

3) τὰ τοῦ λόγου] Sic recte edit. Arc. In Cd. Ciz. τὴν τοῦ λόγ.

4) ἀφομοιώσειε] Sic recte Cdd. Ciz. et Par., atque hoc modo pro ἀφομοιώσεις, quod in Arc. edit. exstat, legendum esse, iam Vulcan. vidit.

 κβ. Δακτύλιον μὴ φόρει.
 κγ. Θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίω.
 κδ. Παρὰ λύχνον μὴ ἐσοπτρίζου ²²⁾.
 κε. Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ²³⁾ ἀπί-
 στει, μηδὲ περὶ θείων δογμάτων.
 κς. Ἀσχέτω γέλωτι μὴ ἔχεσθαι.
 κζ. Παρὰ θυσία ²⁴⁾ μὴ ὀνυχίζου.
 κη. Δεξιὰν μὴ παντὶ ²⁵⁾ ῥαδίως ἔμβαλλε.
 κθ. Στρωμάτων ἀναστὰς συνέλισσε αὐτὰ
 καὶ τὸν τύπον συστόρνυε ²⁶⁾.
 λ. Καρδίαν μὴ τρωῶγε.
 λα. Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε.

17) Δαδίω θῶκον] Cd. Ciz., δαδίου θάκον edit. Arc.,
 δάδιον θῶκον Cd. Par.

18) μήνη] Edit. Arc., μόνη Cdd. Ciz. et Par.

19) καθέξου] Cd. Ciz., καθίζου edit. Arc. Χοίνικι, vt
 deinde in explicatione legitur, etiam hic scripsi pro
 χοίνικα, quod Cd. Ciz. et edit. Arc. habent.

20) παράτρεφε] Sic correxit Scal. vitiosum παράτρεχε,
 quod exstat et in edit. Arc. et in Cd. Ciz.

21) σχίζε] Cd. Ciz., σχίζες edit. Arc.

22) ἐσοπτρίζου] Ita etiam hic scribere ausus sum pro
 ἀποπτρίζου, quod est in Cdd. Ciz. et Par., ἀποπτρίζου
 edit. Arc. Etiam Brassic. ἀποπτρίζου. Pro ἀποπτρίζου,
 quae forma non in usu fuit, certe κατοπτρίζου dicen-
 dum erat.

- XVI. Facula sedem ne abstergito.
 XVII. Gallum alito quidem, at ne immo-
 lato: nam lunæ et soli consecratus est.
 XVIII. Choenici ne insideto.
 XIX. Ne quid eorum, quae euruos vngues
 habent, alito.
 XX. In via ne scindito.
 XXI. Hirundinem tecto ne recipito.
 XXII. Annulum ne gestato.
 XXIII. Dei imaginem annulo ne inscul-
 pito.
 XXIV. Ad lucernam speculum ne inspicio.
 XXV. Neque de diis, neque de diuinis
 dogmatis quicquam tam admirabile di-
 citur, ei vt fides sit deneganda.
 XXVI. Cachinno ne indulgeto.
 XXVII. Inter sacrificandum vngues ne
 praecidito.
 XXVIII. Dextram ne cuius facile iniicito.
 XXIX. Stragulas, vbi surrexeris, vna con-
 voluito, corporisque vestigium sternito.
 XXX. Cor ne edito.
 XXXI. Cerebrum ne edito.

23) *Θαυμαστόν*] Cdd. Ciz. et Par., *θαυμασιῶν* edit. Arc.
 Etiam Brassic. *θαυμαστόν*.

24) *Παρά θυσία*] Pro datiuo, quem infra auctor vsur-
 pat, hic vulgo accusativ. legitur.

25) *παντί*] Edit. Arc., *πάντα* Cd. Ciz. Tum *ἔμβαλλε*
 Cd. Ciz., *ἔμβαλε* edit. Arc.

26) *συστόρνυε*] In edit. Arc. aequè ac in Cdd. Ciz. et
 Par. est *συστόρνυε*.

316 ΓΑΜΒΛΙΧΙ ΑΔΗΟΡΤΑΤ.

- λβ. Ἀποκαρμάτων ²⁷⁾ σῶν καὶ ἀπονυχι-
σμάτων κατάπτυε.
λγ. Ἐρυθρῖνον ²⁸⁾ μὴ προσλαμβάνου.
λδ. Χύτρας ἴχνος ἀπὸ σποδοῦ ἀφάνιζε.
λε. Χρυσὸν ἐχούση μὴ πλησίαζε ἐπὶ τεκνο-
ποιίᾳ.
λς. Προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα τοῦ ²⁹⁾
σχῆμα καὶ τριώβολον.
λζ. Κυάμων ἀπέχου.
λη. Μολόχην ἐπιφύτευε μὲν ³⁰⁾, μὴ ἔσθιε δέ.
λθ. Ἐμφύχων ἀπέχου.

27) Ἀποκαρμάτων] Edit. Arg., ἀπο καρμάτων Cd. Ciz.

28) Ἐρυθρῖνον] Sic scripsi pro ἐρυθῖνον, quod extat in
Cd. Ciz. et edit. Arg.

29) τοῦ σχῆμα] Sic recte Cdd. Ciz. et Par., τὸ σχῆμα
edit. Arg., cum quo facit Brassican., qui vertit:

- XXXII. Excrementa tua et vnguium praesegmina conspuito.
- XXXIII. Erythrinum ne suscipito.
- XXXIV. Ollae vestigium e cinere deleteo.
- XXXV. Ad feminam diuitem ne accedito sobolis procreandae causa.
- XXXVI. Maioris facito figuram et mensuram, quam figuram et triobolum.
- XXXVII. A fabis abstineto.
- XXXVIII. Maluam transplantato quidem, sed ea ne vescitor.
- XXXIX. Ab animantibus abstineto.

honora cum primis figuram et aram, figuram et triobolum.

30) ἐπιφύττει μὲν] *Mén*, quod recte edit. Arc. addit, abest a Cd. Ciz., neque Brassican. habet. — Duo vltima symbola a Cd. Par. absunt.

ΑΝΑΠΤΥΞΙΣ ¹⁾ ΤΩΝ ΠΡΟΔΙΟΡΙ-
ΚΩΝ ΣΥΜΒΟΛΩΝ.

Ταῦτα δὴ πάντα κοινῶς μὲν ²⁾ προτρε-
πικά ἐστὶ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν· κατ' ἰδίαν
γὰρ ἕκαστα πρὸς ἐκάστην ἀρετὴν καὶ πρὸς
μέρη τῆς φιλοσοφίας καὶ μαθήσεως ἄλλα
ἄλλως προσοικειοῖ, οἷον εὐθύς τὰ πρῶτα εἰς
εὐσέβειαν καὶ τὴν θεϊαν ἐπιστήμην ἐστὶ πα-
ρακλητικά.

ΤΟΥ Α. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ γὰρ εἰς ἱερὸν ³⁾ ἀπιόντα προσ-
κυνῆσαι μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτι-
κὸν μήτε λέγειν μήτε πράττειν τηρεῖ
τὸ θεῖον, ἥπερ ἐστὶ καθ' αὐτό, ἀμιγές,

1) Ἀνάπτυξις κ. τ. λ.] Haec inscriptio, quae in Cd. Ciz. verba demum ἐστὶ παρακλητικά sequitur, cum Arcerio hoc loco a me posita est.

2) κοινῶς μὲν] Cd. Ciz., κοινῶς μὲν καὶ edit. Arc. Particulam καί, quae hic inepte legitur, posui post ἀρετὴν, vbi necessaria est, at neque in Cd. Ciz. neque in edit. Arc. exstat. — Μέρη τῆς Cd. Ciz., μέρη τε edit. Arc.

3) εἰς ἱερὸν κ. τ. λ.] Hoc primum symbolum neque in Porphyrio, neque in Diogene Laert., neque in Suida legitur. Brassicanus id cum explicatione e Iamblichi Protrept. descripsit, vt etiam reliqua, quae idem vir doctus repetiit. — Lilius Gregor. Gyraldus in Pytha-

EXPLICATIO PYTHAGORICORUM
SYMBOLORUM.

Haec igitur omnia communi ratione ad omnem virtutem cohortantur. Sigillatim enim singula ad singulas virtutes ad philosophiae cognitionisque partes alia aliter adducunt, vt prima statim ad pietatem et diuinam scientiam excitant.

SYMBOLI I. EXPLICATIO.

Etenim hoc, *in templum adoratum abeuntem nihil aliud interea, quod ad vitam pertineat, neque dicere neque facere, conseruat diuinum, qua per se ipsum est, immistum, sincerum,*

gorae Symbolor. interpretatione p. 491. (Tom. II. Oper. omn. Basil. MDLXXX.) hoc symbolum sic citat: *adorato, cum veneris in templum, neque quod ad victum pertineat, quicquam aut dicito aut facito.* Idem addit, Olympiodorum in Platonis Phaedone ex Philolai sententia sic proferre: *ἀπιόντι εἰς ἱερόν, οὐ δεῖ ἐπιστρέφεισθαι*: hoc est, Cum templum ingrederis, non conuertere oportet. Monemur vero, cum sacratam viam et religionis instituta ingressi fuerimus, nos non debere profanis curis de caetero immisceri, et diuina, quae coepimus, non humana tractare. — Pro *μεγάλα συμβάλλεται*, vt recte in Cd. Ciz. legitur, in edit. Arc. est *προσφέρειν μέγα συμβάλλεται*, in quibus *προσφέρειν* e sequentibus irrepsit. Tum pro *ἀνθρώποις*, quod est in edit. Arc. et Cd. Ciz., monente Vulcanio et re ipsa cum Brassicano scripsi *ἀνθρωπίνοις*.

ἄχραντον, τῷ τε καθαρῷ τὸ καθαρὸν ἐδίξει
 συνάπτειν καὶ ποιεῖ μηδὲν ἐφέλκεσθαι ἀπὸ
 τῶν ἀνθρωπίνων εἰς τὴν θείαν θρησκείαν·
 πάντα γὰρ ἀλλότρια ἔστι καὶ ἐναντίως πρὸς
 αὐτὴν ἔχει. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρὸς ἐπιστήμην
 μεγάλα συμβάλλεται· οὐδὲν γὰρ δεῖ πρὸς
 τὴν θείαν ἐπιστήμην προσφέρειν τοιοῦτον, οἷόν
 ἔστιν ἀνθρώπινον διανόημα ἢ βιωτικῆς φρον-
 τίδος ἐχόμενον. οὐδὲν οὖν ἄλλο παρακελεύε-
 ται ἐν τούτοις, ἢ τοὺς λόγους τοὺς ἱερούς
 καὶ τὰς θείας πράξεις μὴ συμμιγνύναι τοῖς
 ἀνθρωπίνους ἀστάτοις ἤθεσι.

ΤΟΥ Β. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τούτῳ δὲ συναδόν ἔστι καὶ τὸ ἐξῆς τὸ
 ὁδοῦ πάρεργον οὐκ εἰσιτητέον εἰς
 ἱερὸν οὐδὲ προσκυνητέον τοπαράπαν,
 οὐδ' εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς
 παριῶν γένοιο. εἰ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον
 φίλον τέ ἔστι καὶ προσήγορον, δῆλον, ὅτι,
 ἀρχηγικωτάτην 4) οὐσίαν ἐχόντων τῶν θεῶν
 ἐν τοῖς ὅλοις, προηγουμένην αὐτῶν δεῖ ποιεῖ-

4) ἀρχηγικωτάτην] Edit. Arc., ἀρχηκωτάτην Cd. Ciz.
 Tum pro ἄλλου τις, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz.
 legitur, equidem malim ἄλλου τοῦ τις. Tum ποιεῖτο
 edit. Arc. et Cd. Ciz., ποιῆτο Cd. Par., pro quibus iam
 Scaliger ποιῶτο. Denique τὰ τίμια edit. Arc., τίμια
 Cd. Ciz. — Gyraldus p. 492.: „Ex itinere praeter
 propositum ne templum ingreditor neue orato, etiamsi
 prope vestibulum transeas.“ — Non decere rebus
 profanis et irreligiosis diuina et sacra commiscere, his
 verbis praemonet. Iter enim vitae communis cursum,

et adsuefacit, vt purum cum puro connectamus, efficitque, ne quid ex humanis ad deorum cultum trahamus. Haec enim omnia aliena sunt, eique aduersantur. Idem vero etiam ad scientiam multum confert. Nihil enim tale ad diuinam scientiam afferendum est, qualis est humana cogitatio, aut quae ad huius vitae curam pertineat. Nihil igitur aliud illis verbis praecipitur, quam ne sermones sacros aut actiones diuinas cum hominum infirmis institutis commisceamus.

SYMB. II. EXPL.

Huic congruens est etiam proximum symbolum: *obiter neque ingrediendum est templum, neque omnino adorandum, ne tum quidem, si ad ipsas fores praeteriens verseris.* Si enim simili simile est amicum et familiare, patet, quum dii habeant praestantissimam in rerum vniuersitate naturam, eorum cultum omnibus

et templum contemplandi et adorandi rationem significare crediderim. Sunt qui symbolum vtrumque sic exponunt, vt cum rem sacram facias, nihil te tum aliud facere oportere: cum vero rem profanam, sacram non attingendam nec cogitandam quidem. Qua de re et Plutarchus: In profestis, inquit, diebus et omnino in festis per urbem sacerdotes praecones praecedebant, qui vt quiescerent et ab operibus desisterent, iuebant. Nam vt Pythagorici dicunt, non praeter propositum homines per transitum adorare deos immortales illosque precari, sed continuo ex ipsa domo mente ad id paratos pergere.

σθαι τὴν θεραπείαν· εἰ δ' ἄλλου τις ἔνεκα αὐτὴν ποιοῖτο, δεύτερον οὗτος θήσεται τὸ πάντων προηγούμενον καὶ ἀνατρέψει τὴν ὅλην τάξιν τῆς ὅλης θεραπείας τε καὶ γνώσεως, ἔτι γὰρ τὰ τίμια ἀγαθὰ οὐ δεῖ τῶν ἀνθρώπων χρησίμων ἐν ὑστέρα μοῖρα τίθεσθαι, οὐδὲ ἐν τέλους μὲν τάξει τὰ ἡμέτερα, ἐν προσθήκῃ δὲ μέρει τὰ κρείττονα οὔτε ἔργα οὔτε διανοήματα.

ΤΟΤ Γ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Ἡ δ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ προτροπὴ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξῆς γένοιτο ἄν· τὸ γὰρ ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει ἐν μὲν σημαίνει τὸ δεῖν κοσμίως καὶ μετρίως καὶ μὴ ὑπερρχόντως 5) τῆς ἐν τῇ γῆ τάξεως τοὺς θεοὺς θεραπεύειν καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν γνώσιν ποιεῖσθαι· ἕτερον δὲ τὸ δεῖν δεσμῶν χωρὶς καὶ εὐλύτον ὄντα

5) ὑπερρχόντως] Edit. Arc., ὑπερρχοντος Cd. Ciz., ὑπερρχον τὰς Cd. Par. Τὸ δεῖν edit. Arc., τὸ δεῖ Cd. Ciz. Tum οὐκ ἐπὶ edit. Arc. et Cd. Ciz., οὐκέτι Cd. Par. Post ἀσθενείας scripsi μήτε πρὸ μήποτε, quod in edit. Arc. et Cd. Ciz. legebatur, μηδὲ in Cd. Par. Gyraldus p. 490. „Nudis pedibus rem diuinam facito et adorato.“ Quum addat, se a nemine adhuc hoc symbolum explanatum reperisse, videtur hanc Iamblichii explanationem ignorasse. Gyraldus ipse putat, Pythagoram monuisse, ut inter sacrificandum mundi et mundanis relictis curis et a scelerum inquinamentis expiati rei diuinae operam darent. Idem memorat, apud scriptores proditum esse, Lacedaemonios iuxta Pythagorae hoc institutum nudis pedibus adorare et rem sacram facere solitos. Brassicanus ita: „Nudis pedibus

esse praeferendum. Si quis eos autem alius rei causa coleret, ei, quod omnium primum est, secundum locum assignabit, totumque totius cultus et scientiae ordinem peruertet. Praeterea enim bona sua dignitate valentia commodis humanis non postponenda, neque summo loco nostra, et in appendicis parte meliora siue opera seu cogitata sunt collocanda.

SYMB. III. EXPL.

Ad eundem finem spectat etiam cohortatio, quae e proximo symbolo peti potest. Nam *discalceatus sacra facito et adorato* declarat primum, deos modeste et moderate atque ita, vt ordo in hac terra constitutus non excedatur, esse colendos et cognoscendos: deinde, homines absque vinculis et bene so-

sacrifica simul ac adorato. Quorum primum significat, diis immortalibus eatenus esse sacrificandum, quatenus fortunarum nostrarum mediocritas admittat. id quod et Hesiodus indicat in Ergis:

Κὰδ δὲναμν δ' ἐρθεῖν ἰεῖο' ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Ita Lycurgus apud Lacedaemonios tenuissima sacrificia instituit, vt expeditius faciliusque et perinde etiam frequentius rebus diuinis intenderent, authore Plutarch. in Apophtheg. Alterum indicat, in re diuina facienda animum esse debere prorsus expeditum, atque nullis omnino vinculis implicatum. — Vnde Seruius etiam Virgil. lib. 4. Aen. v. 518. huc alluisse putat, cum de Didone inquit:

Vnum exuta pedem vinculis, in veste recincta.

Et in flaminum Romanorum vestibibus nullus erat nodus.

τὴν θεραπείαν καὶ γνῶσιν τῶν θεῶν ποιῆσθαι. ταῦτα δὲ οὐκ ἐπὶ τοῦ σώματος μόνου παραγγέλλει τὸ σύμβολον διαπράττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἐνεργειῶν, ὡς μήτε ὑπὸ παθῶν αὐτὰς κατέχεσθαι μήτε ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας μήτε ὑπὸ τῆς περιπεφυκυίας ἔξωθεν ἡμῖν γενέσεως, εὐλύτα δὲ πάντα ἔχειν καὶ ἔτοιμα πρὸς τὴν μετουσίαν τῶν θεῶν.

ΤΟΥ Δ. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Καὶ ἄλλο δὲ τι τούτοις ὅμοιον εἰς τὴν αὐτὴν ἀρετὴν προτρέπον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον σύμβολον· περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίσκει, μηδὲ περὶ θείων δογματῶν. ἰκανῶς γὰρ τὸ δόγμα τοῦτο σεβαστικὸν ὑπάρχει καὶ ἐκφαντικὸν τῆς τῶν θεῶν ὑπεροχῆς ἐφοδιάζον ⁶⁾ ἡμᾶς καὶ ὑπομιμνήσκον, ὅτι οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμῶν αὐτῶν συγκρίσεως χρὴ τεκμαίρεσθαι καὶ τὴν θείαν δύναμιν, ἀλλ' ἡμῖν μὲν ⁷⁾ ἅτε σωματικοῖς ὑπάρχουσι γεννητοῖς τε καὶ φθαρτοῖς καὶ προσκαίροις, ὑποκειμένοις τε νόσων ποικιλίᾳ, καὶ οἴκου μικρότητι καὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον

6) ἐφοδιάζον] Edit. Arc., ἐφοδιάζων Cd. Ciz. Conf. de hoc verbo Steph. thes. T. II. 1173. e. Paulo alia vi, atque hic, ἐφοδιάζεσθαι dicitur apud Iambl. de Vit. Pyth. p. 9. §. 12. ed. Kust. — Satis vsitata est locutio τεκμαίρεσθαι τι ἀπό τινος, aliquid ex aliqua re censere, nec nisi per somnium Arcerio in mentem venire potuit, post καὶ desiderari verbum aliquod, vt ἀποσημειῖσθαι.

lutos deos colere et cognoscere debere. Haec autem non in solo corpore symbolum facere nos iubet, sed etiam in animi actionibus, ne aut perturbationibus cohibeantur, aut corporis imbecillitate, aut aliis vitiis per generationem nobis adiunctis: immo soluta omnia habenda esse atque parata ad deorum societatem.

SYMB. IV. EXPL.

Etiam aliud his simile symbolum ad eandem virtutem excitat, quod sic habet: *neque de diis neque de diuinis dogmatis quicquam tam admirabile dicitur, ei vt fides sit deneganda.* Satis magnam enim hoc dogma ad animos veneratione imbuendos habet vim deorumque excellentiam demonstrat, instituens nos et admonens, non ex nostri ipsorum collatione de diuina potentia coniecturam esse faciendam: sed a nobis, quippe qui simus corporibus instructi, procreati, fragiles, temporarii, subiecti morborum varietati, rei familiaris tenuitati, molestiae in medium con-

7) ἡμῶν μὲν] Edit. Arc. et Cd. Ciz., a Par. μὲν abest. Tum γεννητοῖς Cdd. Ciz. et Par., γενητοῖς Edit. Arc. — Pro φθαγοῖς in Cd. Ciz. est φαγοῖς. Porro οἴκου edit. Arc. et Cd. Ciz., ὄγκου Cd. Par., μικρότητα Cd. Ciz. Brassicanus verba οἴκου μικρότητι male interpretatur hospitii tenuitatem.

φορᾶς τῇ βαρῆσει καὶ ὑπνωδία καὶ ἐνδεία καὶ πλεονασμῶ, ἀβουλίᾳ τε καὶ ἀσθενείᾳ καὶ ψυχῆς παραποδισμῶ καὶ τοῖς ἄλλοις, εἰκὸς ἀμήχανά τινα καὶ ἀδύνατα ὑπάρχειν. Καίτοι πολλὰ οὕτω περὶ τῆς φύσεως ἔχομεν ἐξαιρέτα, ἀλλ' ὅμως πάντη τῶν θεῶν ἀπολειπόμεθα, καὶ οὔτε δύναμιν τὴν αὐτὴν οὔτε ἀρετὴν ἴσην πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν. γινώσκιν οὖν θεῶν διαφερόντως τοῦτο εἰσηγεῖται, ὡς πάντα δυνάμενων αὐτῶν. διὰ τοῦτο δὴ οὖν περὶ θεῶν μηδὲν ἀπιστεῖν παραγγέλλει· πρόσκειται 8) δὲ μηδὲ περὶ θείων δογμάτων τῶν τῇ πυθαγορικῇ φιλοσοφίᾳ δοκούντων· ταῦτα γὰρ ὑπὸ μαθημάτων καὶ ἐπιστήμονος θεωρίας ἠσφαλισμένα ἀληθῆ καὶ ἀδιάψευστα μόνον ὑπάρχει, ἀποδείξει παντοῖα καὶ συναναγκασμῶ 9) ὠχυρωμένα. Τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα δύναται καὶ πρὸς τὴν ἐπιστήμην τὴν περὶ θεῶν 10) προτρέπειν· παραγγέλλει γὰρ ἐπιστήμην τοιαύτην κτήσασθαι, δι' ἧς οὐδενὶ ἀπιστήσομεν τῶν λεγομένων περὶ θεῶν καὶ περὶ θείων δογμάτων. δύναται παραινεῖν τὰ αὐτὰ καὶ τὸ διὰ μαθημάτων 11) χωρεῖν· ὀμματουργά

8) πρόσκειται] Ita scripsi pro πρόσκειται, quod et in edit. Arc. et in Cd. Ciz. obuium iam Arçerius in illud mutatum voluit. Deinde scripsi μηδὲ pro vulgato μη. Porro ἀδιάψευστα Cd. Par., διάψευστα edit. Arc. et Cd. Ciz. Tum dedi ὑπάρχει, ἀποδείξει, pro quo Cd. Ciz. ὑπάρχει ἀποδείξει et edit. Arc. ὑπάρχειν ἀποδείξει.

9) συναναγκασμῶ] Cd. Ciz., σὺν ἀναγκασμῶ edit. Arc. Schneideri lexico συναναγκασμός addi potest. Verbum

ferendi, somnolentiae, inopiae, abundantiae, incogitantiae, imbecillitati, animi interpellationi et aliis, consequens esse, ut quaedam expediri et perfici nequeant. Et quanquam multa a natura habemus praecipua, tamen omnino diis inferiores sumus, et neque similem potentiam neque eandem cum iis virtutem consecuti sumus. Egregie igitur hoc symbolum deorum cognitionem adiuuat, utpote eorum, qui omnia possint. Hacpropter admonet, ne quid nobis de diis incredibile videatur. Additum autem est, *neque de diuinis dogmatis*, quae philosophia pythagorica sancit. Haec enim disciplinis et subtili contemplatione firmata sola sunt vera et indubitata, omni demonstratione et probatione munita. Haec vero eadem possunt etiam ad deorum scientiam impellere. Excitant enim, ut talem acquiramus scientiam, per quam nihil eorum, quae de diis dicuntur, nullumque diuinorum dogmatum non pro vero habeamus. Possunt eadem etiam admonere, ut disciplinis operam demus, quae solae omni-

συναναγκάζειν saepius occurrit, ut Polyb. 2, 31. 9.

Tum *ὀχυρομένα* edit. Arc., *ὀχυρομένα* Cd. Ciz.

10) *περὶ θεῶν*] Cd. Ciz., *περὶ τῶν θεῶν* edit. Arc.

Illud propter verba ipsius symboli et ea, quae sequuntur, praetuli. Post *παρὰγγέλλει* addidi γὰρ e Cd. Ciz.,

quod quum ab Arc. edit. abesset, iam Scalig. desiderauit. — Pro *ἀπιστήσομεν* in edit. Arc. vitio typogr.

ἀποστήσομεν.

11) *τὸ διὰ μαθημ.*] Cd. Ciz., *τὸ διὰ τῶν μαθημ.* edit. Arc.

γὰρ ταῦτα μόνα καὶ φωτοποιὰ περὶ τῶν ὄντων ἀπάντων τῷ μέλλοντι σκέψασθαι καὶ κατόψεσθαι αὐτά. ἐκ γὰρ τοῦ μαθημάτων μετασχεῖν ἐν πρὸ πάντων συνίστασθαι ¹²⁾, τὸ μὴ ἀπιστεῖν μήτε περὶ φύσεως θεῶν μήτε περὶ οὐσίας μήτε περὶ δυνάμεως, μηδὲ μὴν περὶ τῶν πυθαγορικῶν δογμάτων τερατολογεῖσθαι δοκούντων τοῖς ἀνεισάκτοις καὶ μαθημάτων ἀμνήτοις· ὥστε τὸ μὴ ἀπίσκει ἰσὸν ἔστι τῷ μετέρχου καὶ κτῶ ἐκεῖνα, δι' ἃ οὐκ ἀπιστήσεις, τουτέστι μαθήματα καὶ ἐπιστημονικὰς ἀποδείξεις.

ΤΟΤ Ε. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Οἶμαι δ', ὅτι καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις ¹³⁾ εἰς τὸ αὐτὸ συντείνει τὰς λεωφόρους ὁδοὺς

Pro τὸ Scalig. coniecit τῷ, male; nam dicitur παρα-
νεῖν τι. Post ὀμματουργὰ inserui γὰρ, quod ob vlti-
marum literarum vocabuli praecedentis similitudinem
facile excidere potuit. Id nisi addideris, legendum
foret ὀμματουργῶν τούτων μόνων καὶ φωτοποιῶν. Sed
prior ratio loco est conuenientissima. Caeterum neque
ὀμματουργός neque φωτοποιός neque περιομματοποιός
(quod occurrit in Iambl. Vit. Pyth. p. 24. §. 31. Kust.
περιομματοποιὰ τῆς ψυχῆς) in Schneid. lexico sunt con-
signata. Denique σκέψασθαι scripsi pro σκέψασθαι,
quod legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz.

12) συνίστασθαι] Cd. Ciz., συνίσταται edit. Arc., item
bene. Sub finem ante μετέρχου scripsi τῷ pro τὸ, quod
in edit. Arc. et Cd. Ciz. legitur, et iam ab Arcerio in
Castigatt. est correctum. — Hoc symbolum in sym-
bolorum indice praemisso XXV., quod, ut nonnulla
alia, rectius cum Gyraldo praecceptum appellaueris,
neque in Suida, neque in Diogene Laert., neque in
Reuchlini libris de arte cabalistica affertur. Brassica-

bus de rebus, si quis eas inquirere et peruestigare velit, oculos aperire et lucem accendere possunt. Nam ex disciplinis cognitivum unum pro omnibus constituitur, ut nulli rei fides derogetur neque de natura deorum, neque de eorum essentia neque de potentia, neque vero de pythagoricis dogmatis, quae non initiatis et disciplinarum expertibus monstrosa videntur. Quamobrem hoc, fidem non esse denegandam, idem valet quod illa appetenda et acquirenda esse, per quae fidem non deneges, disciplinas et demonstrationes e scientia petitas.

SYMB. V. EXPL.

Etiam huic proximum symbolum *publicas vias declinans per semitas ingreditur eodem*

nus in huius symboli explicatione sequitur Iamblichum.

13) τὸ ἐπὶ τούτοις] Edit. Arc., articulum τὸ Cd. Ciz. omittit. Quae paulo post leguntur, Scaliger χωριστήν mutans in χωρὶς τὴν corrumpit: nam ζωὴ χωριστὴ est *vita a sensibus rebusque humanis auocata*. — Ἀτιμάζειν edit. Arc., ἀτιμάσειν Cd. Ciz. — Denique pro ὑπερχούσας, quod recte praebent edit. Arc. et Cd. Par., in Cd. Ciz. est ὑπεχούσας. — Wyttenbach. ad Phaedonem p. 155. ex Olympiodoro haec affert: εἶτα καὶ φησὶν, ὅτι ταύτην τὴν ἀτραπὸν ἴσον, οὐ τὴν λεωφόρον, τοιτέστι, καθαρῶς ζητεῖν. ἀτραπὸς γὰρ ἡ ὁδὸς, τοιτέστι ἡ καθαρός ἢ ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἄγουσα. οὐ τὴν λεωφόρον δὲ δεῖ εἶναι, τοιτέστι τὴν τῶν πολλῶν. Καὶ πυθαγόρειον γὰρ ἦν παράγγελμα, „φεύγειν τὰς λεωφόρους.“ ὥσπερ τὸ „τὰ μὴ πατέουσιν ἀμαξαι, τὰ στείβειν.“ καὶ „εἰτέρων δ' ἔχρια μὴ καθομᾶ * * *.“ Ταῦτα ἔχει ἡ θεωρία. —

ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. καὶ γὰρ τοῦτο τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θεϊαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ, καὶ τὰ μὲν δοξάσματα τὰ κοινὰ φησι δεῖν ὑπερορᾶν, τὰ δὲ ἴδια καὶ ἀπόρρητα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τὴν μὲν πρὸς ἀνθρώπους φέρουσαν τέρψιν ἀτιμάζειν, τὴν δὲ τῆς θείας βουλήσεως ἐχομένην εὐπραγίαν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἔθνη εἶναι ὡς δημώδη, τὰς δὲ τῶν θεῶν θρησκείας ὑπερέχουσας τὴν δημώδη ζωὴν ἀνταλλάττεσθαι.

ΤΟΥ Σ. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Συγγενὲς δ' ἐστὶ τούτῳ καὶ τὸ ἐφεξῆς· μελανούρου ἀπέχου· χθονίων γὰρ ἐστὶ θεῶν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα¹⁴⁾ περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ συμβόλων ἐροῦμεν, ὅσα εἰς προτροπὴν ἀρμόζει. παραγγέλλει τῆς οὐρανίας πορείας ἀντέχεσθαι καὶ τοῖς νοεροῖς θεοῖς

Idem symbolum citatur et explicatur a Porphyrio in Vit. Pyth. p. 42., ad quam cf. Rittershus. p. 63., qui et alios scriptores, in quibus occurrit, laudavit. Gyraldus p. 473. Reuchlin. de arte cabalist. p. 498.: „*Per viam publicam ne ambules, id est ne vulgi sequaris errores. Nam quod usurpari etiam hoc volebat, extra publicam viam ne vages, iam insinuauerat, loquendum esse vt multi, potiusque quod apud omnes constat, tu ne impugnes.*“ Haec vltima Reuchlini verba exprimunt symbolum, quod Diogen. Laert. his verbis refert: ἐκτός λεωφόρου μὴ βαδίζειν, in quo Rittershus. ad Porphyr. p. 64. censet, aut pro ἐκτός reponendum ἐντός, aut delendam particulam μὴ.

tendere arbitror. Excitat enim, vt vulgarem et humanam vitam dimittamus, separatam autem et diuinam sectari nos iubet, atque affirmat, communia placita esse contemnenda, priuata autem et recondita magni facienda, voluptatem ad homines ferentem esse spernendam, beatitatem autem diuinae voluntati conuenientem magni aestimandam, et humana instituta vt vulgaria esse dimittenda, deorum autem cultum vulgari vita excellentem assumendum.

SYMB. VI. EXPL.

Cognatum huic est etiam proximum: *ab eo, quod nigram caudam habet, abstineto, nam inferorum deorum est.* De quo reliqua quidem, quae ad cohortationem valeant, in libro de symbolis afferemus. Excitat, vt coelestem viam insistamus, diis intelligibili-

14) τὰ μὲν οὖν ἄλλα κ. τ. λ.] Aut in insigne negligentiae Iamblichi exemplum hic incidimus, aut locus a librariis vehementer deprauatus est. Nam in Vita quidem Pythag. §. 186. p. 156. Kust. recte dicit ὡς ἐν τοῖς περὶ συμβόλων δειχθήσεται, *Protrepticum* intelligens; at nunc cum maxime versatur ἐν τῷ περὶ συμβόλων. Etiam hoc offendit, quod haec verba: παραγγέλλει κ. τ. λ. non coniunctionis vinculo cum antecedentibus sunt colligata. — Pro μελανούρου in Cd. Ciz. est μελάνουρον. In eodem verba καὶ τοῖς νοεροῖς vsque ad χωρίζεσθαι exciderunt. Conf. de hoc symbolo Gyraldum p. 478. qui haec graeca affert: μὴ γένεσθαι μελανούρον, i. e. melanuros ne gustato. Plutarch. de pueror. educ. c. 17.

συνάπτεσθαι, τῆς τε ἐνύλου φύσεως χωρίζεσθαι καὶ περιάγεσθαι πρὸς τὴν αὔλον καὶ καθαρὰν ζωὴν, θεῶν τε θεραπεία χρῆσθαι τῇ ἀρίστη καὶ μάλιστα τοῖς πρωτίστοις θεοῖς προσηκούσῃ.

Ταῦτα μὲν οὖν εἰς θεῶν γνώσιν καὶ θρησκείαν ποιεῖται τὴν παράκλησιν, εἰς δὲ σοφίαν τὰ τοιαῦτα.

ΤΟΤ Ζ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΗΤ.

Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἐπόμενος. πρῶτον γάρ ἐστι σοφίας ἔργον τὸ τὸν λόγον ἐπιστρέφειν εἰς ἑαυτὸν καὶ ἐδίξεν μὴ ἕξω προίεναι, τελειοῦσθαι τε καθ' ἑαυτὸν καὶ ἐν τῇ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφῇ καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τῷ τοῖς θεοῖς ἔπεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἄλλο οὕτω ¹⁵⁾ τελειοῖ τὸν νοῦν, ἢ ὅταν ἐπιστρεφόμενος εἰς ἑαυτὸν τοῖς θεοῖς συνακολουθῇ.

ΤΟΤ Η. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΗΤ.

Τὸ δὲ ἀνέμων πνεόντων τὴν ἠχὴν ¹⁶⁾ προςκύνει καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα. αἰνίττεται γάρ, ὡς δεῖ τῶν θείων οὐσιῶν καὶ δυνάμεων τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν,

¹⁵⁾ ἄλλο οὕτω] Edit. Arc., ἀλλ' οὕτω Cd. Ciz. Idem paulo post εἰς ἑαυτοῖς pro εἰς ἑαυτὸν τοῖς, vt recte edit. Arc. Tum συνακολουθῇ Cd. Ciz., συνακολουθεῖ edit. Arc., quod Scalig. correxit. — Mira est Iamblichī interpretatio, qui vocabulo γλώσσα substituatur λόγος, idque non orationem, vt debebat, sed rationem et νοῦν

bus iungamur, natura corporea segregemur, ad vitam incorpoream et puram transeamus, deorum cultu utamur optimo, et maxime diis principibus conueniente.

Atque haec quidem symbola ad deorum cognitionem et cultum adhortantur, ad sapientiam autem haecce:

SYMB. VII. EXPL.

Linguam ante omnia contineto diis obsequens. Primum enim sapientiae munus est, ut orationem ad nosmet ipsos conuertamus, eamque adsuefaciamus, ut ne foras prodeat, sed in se ipsa perficiatur tum in conuersione ad nosmet ipsos, tum posthaec in obsequio diis praestando. Nihil enim adeo perficit mentem, quam quum ad se ipsam conuersa diis obsequitur.

SYMB. VIII. EXPL.

Hoc autem *ventorum spirantium sonum adorato* et ipsum diuinae sapientiae signum est. Hoc enim innuitur, diuinarum naturarum et virium similitudinem amandam esse,

explicit. Similia tamen acciderunt iis librorum noui foederis interpretibus, qui moralem, quam vocabant, interpretationem probarent.

36) τῆν ἠχὴν] Hoc vocabulum in Iamblichō quidem *venti strepitus, sonitus* vertendum est, ut monuit iam Gyraldus l. l. p. 496.

καὶ ὅταν ἐνεργῶσι, τὸν σύμφωνον πρὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν λόγον μετὰ μεγάλης σπουδῆς τιμᾶν τε καὶ σέβειν.

ΤΟΥ Θ. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΗΤ.

Τὸ δὲ μαχαίρα ¹⁷⁾ πῦρ μὴ σκάλευε φρονήσεώς ἐστι παρακλητικόν· ἐγείρει γὰρ ἡμῖν τὴν ἔννοιαν τὴν προσήκουσαν περὶ τοῦ μὴ δεῖν πυρὸς πλήρει καὶ θυμοῦ ἀνθρώπων μῆτε ἀντιτιθέναι λόγον τεύηγμένον μῆτε ἐρίζειν. πολλάκις γὰρ κινήσεις τῷ λόγῳ τὸν ἀμαθῆ καὶ ταράξεις καὶ πείσῃ δεινὰ καὶ ἀηδῆ. μάρτυς τοῖς λεχθεῖσιν Ἡράκλειτος· θυμῷ γὰρ φησι μάχεσθαι χαλεπὸν· ὅτι γὰρ ἂν χρήσῃ γίνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται, καὶ τοῦτο ἀληθῶς εἶπε· πολλοὶ γὰρ χαριζόμενοι θυμῷ ἀντηλλάξαντο τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν καὶ θάνατον φίλτερον ἐποίησαντο· ἐκ δὲ τοῦ γλώσσης κρατεῖν καὶ εἶναι ἡρεμαῖον ἐκ μὲν νείκους γίγνεται φιλία σβεννυμένου πυρὸς θυμοῦ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἄφρων εἶναι δόξεις.

ΤΟΥ Ι. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΗΤ.

Τούτῳ δὲ συμμαρτυρεῖ καὶ τὸ ἐξῆς· τὴν ὀξίδα ¹⁸⁾ ἀποστρέφειν ἀπὸ σαυτοῦ·

17) μαχαίρα] In edit. Arc. et Cd. Ciz. μαχαίρη. Tum λόγον edit. Arc., λόγων Cd. Ciz. ἀηδῆ Cd. Ciz., ἀειδῆ Cd. Par., ἀειδεῖ edit. Arc. Χρήσῃ scribendum erat pro χρήσῃ, quod habet edit. Arc., et χρήσει, quod Cd. Ciz. — Pro ὠνέεται, vt legunt edit. Arc. et Cd. Ciz., dedi ὠνέεται, quod iam Vulcanius correxit. Pro ἄφρων in

et quando in actione sint, rationem earum actioni respondentem magno studio esse honorandam et colendam.

SYMB. IX. EXPL.

Porro hoc *ignem gladio ne fodito* ad prudentiam cohortatur. Recte enim de eo nos sentire docet, hominem ira aestuantem oratione acuta non esse aggrediendum, neque cum eo esse certandum. Saepe enim verbis imperitum commouebis et perturbabis, ita ut grauia et iniucunda patiaris. His dictis assentitur Heraclitus: *cum ira enim inquit pugnare difficile: quidquid enim fieri voluerit, id vita redimit.* Idque vere dixit; multi enim irae indulgentes suam ipsorum vitam insumserunt, mortemque praetulerunt: si quis autem linguam compescit et placidus est, ex contentione nascitur amicitia, exstincta irae flamma, atque ipse non amens esse videberis.

SYMB. X. EXPL.

Idem testimonio suo comprobatur etiam proximum symbolum: *acutum omne a te auer-*

Cd. Ciz. est ἄφων. Conf. de hoc Heracliti dicto *Schleiermacher* in libro: *Museum für Alterthumswiss. Erst. Bd.* p. 505. De ipso symbolo vid. *Gyrald.* p. 473. *Rittershus.* l. l. p. 62.

18) τὴν ὀξίδα] Hoc vocabulum, quod aliis locis significat acetabulum (cf. *Suidas* s. h. v. et *Steph. thes. Tom. 2. p. 1353. c.*), hoc loco est aut omne id, quod

πρὸς ὃν γὰρ ἂν τύχη ἐπεστραμμένη, ἐπίλη-
πτος ἔσται. καὶ τοῦτο φρονήσει χρῆσθαι
παρακελεύεται καὶ μὴ θυμῷ¹⁹⁾, τὸ μὲν γὰρ
ὄξυ τῆς ψυχῆς, ὅπερ θυμὸν καλοῦμεν, λο-
γισμοῦ καὶ φρονήσεως ἐστέρηται· ζεῖ γὰρ ὁ
θυμὸς, ὥστερ λέβης πυρὶ θαλπόμενος, οὐθὲν
εἰς τὸ πρόσθεν γιγνόμενον μερίζων γνώμην.
χρὴ οὖν ἐν νηνεμία καθιστάναί τὴν ψυχὴν
ἀποστρέφοντα τὴν ψυχὴν τοῦ θυμοῦ ἐπιλαμ-
βανόμενον ἑαυτοῦ πολλάκις, ὥστερ ἠχοῦντα
χαλκὸν ἀφῆ. καὶ τὸ πάθος οὖν τοῦτο τῷ
λογισμῷ πιέζειν χρὴ.

ΤΟΥ ΙΑ. ΣΤΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ φορτίον συνανατιθέναί,
συγκαιρεῖν δὲ μὴ, εἰς ἀνδρίαν προτρέ-
πει. πᾶς μὲν γὰρ ἀνατιθέμενος φορτίον
πόνου καὶ ἐνεργείας σημαίνεται προᾶξιν, ὁ δὲ
καθαιρούμενος ἀναπαύσεως καὶ ἀνέσεως·
ὥστε καὶ τὸ σύμβολον εἶναι αὐτοῖς τοιόνδε
ἔχει ἐπιλογισμόν· μὴ γίγνου²⁰⁾ μήτε σεαυτῷ

acutum est, aut acutus gladius. Nam ab aliis scripto-
ribus hoc symbolum his verbis exprimitur: ὄξειαν
μάχαιραν ἀποστρέφειν. Conf. Diogen. Laert. et Gyraldus
p. 488.

19) καὶ μὴ θυμῷ] Cdd. Ciz. et Par. Ab Arc. edit.
μὴ abest. Tum ζεῖ recte praebet Cd. Ciz., atque sic
iam Scal. correxit ζῆ, quod est in Arc. edit. Brassican.
citat Iliad. φ. 362. ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ
πολλῷ. — Porro γνώμην edit. Arc., γνώμη Cdd. Ciz. et
Par. Denique ἀφῆ edit. Arc., ἀφῆ Cd. Ciz., ἀφῆ ἧς
Cd. Par. — Loci sententia haec est: quemadmodum
resonantis aeris sonus contrectatione inhibetur, ita

rito. Ad quemcunque enim forte conuersum fuerit, is correptus erit. Etiam hoc cohortatur, vt prudentia vtamur, neque irae indulgeamus. Animi enim pars acuta, quam iram vocamus, ratione et prudentia priuata est. Ebullit enim ira, vt lebes igne calefactus, nihil mentem ad id, quod ante factum est, conuertens. Decet igitur animum tranquillum reddere auocando ab ira, se ipsum saepe corripiendo, quemadmodum aes resonans tangendo comprimitur. Igitur etiam haec perturbatio ratione compescenda est.

SYMB. XI. EXPL.

Hoc autem alterum onus suscipientem subleuato, ne subleuato deponentem, ad fortitudinem excitat. Quicunque enim onus suscipit, ostendit actionem, quae laborem et virium contentionem requirit; qui onus deponit, actionem cum quiete et remissione coniunctam. Quare etiam symbolum hanc sententiam subiectam habet: ne esto neque

etiam ira crebra nostri correptione sedanda est. Verbum *ἐπιλαμβάνεσθαι*, quod vt latinum *corripere* vtroque sensu dicitur, similitudini ansam praebuit.

20) *μὴ γίγνον*] Haec verba, in Cd. Ciz. omissa, ex edit. Arc. addidi. Deinceps cum Rittershus. ad Porphy. p. 65. scripsi *σεαυτῶ* pro *αὐτῶ*, quod et in Cd. Ciz. et in edit. Arc. extat. *Πυθαγόριοι* Cd. Ciz. *Τόδε τὸ σύμβολον* Cd. Par., *τὸ δὲ τὸ συμ.* Cd. Ciz., *τὸ δὲ σύμ.* edit. Arc. Atque hic post *τὸ σύμβολον* recte *εἶναι*, quod ante in verbis *ὥστε καὶ τὸ σύμβολον εἶναι αὐτοῖς* ita redundat, vt delendum videatur, videturque, librarii

μήτε ἄλλω ῥαθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος· πόνω γὰρ πᾶν χρῆμα ἀλώσιμον. Ἡράκλειον δὲ οἱ Πυθαγόρειοι ἐφήμιζον τόδε τὸ σύμβολον εἶναι αὐτοῖς ἐπισφραγιζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐκείνου ἔργων. ὅτε γὰρ ὠμίλει κατ' ἀνθρώπους, πολλάκις ἐκ πυρὸς καὶ πάντων τῶν δεινοτάτων ἀπενόσκει ὄκνον παραιτούμενος. ἐκ γὰρ τοῦ πράττειν καὶ ἐργάζεσθαι τὸ κατορθοῦν παραγίγνεται, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ ἀποκνεῖν.

ΤΟΥ ΙΒ. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ εἰς μὲν ὑπόδησιν ²¹⁾ τὸν δεξιὸν πόδα πάρεχε, εἰς δὲ ποδόνηπτρον τὸν εὐώνυμον εἰς τὴν πρακτικὴν φρόνησιν παρακαλεῖ, τὰς μὲν σπουδαίας πράξεις ὡς δεξιὰς περιτίθεσθαι παραγγέλλον τὸ σύμβολον, τὰς δὲ φαύλας ὡς ἀριστερὰς ἀποτίθεσθαι παντάπασι καὶ ἀπορρῦπτεσθαι.

ΤΟΥ ΙΓ. ΣΥΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Μάλιστα δὲ τὸ περὶ Πυθαγορείων ²²⁾ ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει παρακλητικόν ἐστίν

oculo aberrante, hinc illuc irrepsisse. Ἐπισφραγιζόμενοι Cdd. Ciz, et Par., ἀποσφραγιζόμενοι edit. Arc., non apte. De illo cf. Wyttenb. ad Phaed. p. 187. Tum ὠμίλει Cd. Ciz. et edit. Arc., ὠμίλη Cd. Par. Denique ὄκνον Cdd. Ciz. et Par., ὄκνον edit. Arc. — Conf. de hoc symb. Rittershus. ad Porphyr. p. 64. sq. Gyrald. p. 471. In Diog. Laert., vbi est φορτίον συγκαθαίρειν, καὶ μὴ συνεπιθέειν, legendum videtur συναποτιθέειν, quod Gyraldus habet. Sed conf. Henr. Stephani animaduers. in Erasmi Adagia ad p. 739.

tibi neque alii remissionis delicatique victus auctor. Labore enim quaeuis res obtinetur. Heracleum autem Pythagorei hoc sibi symbolum esse dictabant, illius laboribus confirmatum. Dum enim Hercules inter homines versabatur, saepe ex flamma vltimisque periculis redibat segnitiem deprecans. Nam ex agendo et contendendo enascitur prosper euentus, at non ex cunctando.

SYMB. XII. EXPL.

Porro hoc *ad calceos subligandos dextrum pedem prius offero, ad lauandum sinistrum*, ad prudentiam in agendo excitat. Exhortatur enim symbolum, vt honestas actiones tanquam dextras suscipiamus, prauas autem tanquam sinistras prorsus deponamus et abiiciamus.

SYMB. XIII. EXPL.

Maxime autem hoc *de Pythagoreis sine lumine ne loquitor ad mentem secundum pru-*

21) εἰς μὲν ὑπόδ.] Cdd. Ciz. et Par., ab edit. Arc. μὲν abest. Tum ἀπορρήπτισθαι recte Cd. Ciz., ἀπορρήπτισθαι edit. Arc. Suidas: ἀπορρήφθεις ἀντὶ τοῦ ἀπονοφθείς. Idem verbum legitur in Iambl. Vit. Pyth. §. 76. p. 63. ἀπορρήπτισμένοι σπῖλους, et ibid. §. 74. p. 61. ψυχῆς ἀπορρήψεις. De ipso symb. cf. Gyraldus p. 497.

22) περὶ Πυθαγορείων] Gyraldus p. 492. ita: de rebus diuinis absque lumine ne loquitor. Brassicanus: de

εἰς τὸν κατὰ φρόνησιν νοῦν. οὗτος γὰρ τῷ φωτὶ ἔοικε τῆς ψυχῆς, καὶ ἀόριστον οὖσαν αὐτὴν ὀρίζει, περιάγει τε ὥσπερ ἐκ σκοτοῦ εἰς φῶς. περὶ πάντων μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ ζωῇ καλῶν ἡγεμόνα νοῦν προϊστασθαι προσήκει· μάλιστα μὲν οὖν περὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων· ταῦτα γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐχ οἶόν τε ἐστὶ γνῶναι.

ΤΟΥ ΙΔ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν ²³⁾ δικαιοπραγεῖν παρακελεύεται καὶ προτιμᾶν ἰσότητα καὶ μετριότητα θαυμασιῶς καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γινώσκειν δικαιοσύνην, ἧς συμπληρωτικαὶ αἱ λοιπαί, καὶ ἧς ἄνευ τῶν ἄλλων οὐδὲν ὄφελος· καὶ οὐ παρέργως αὐτὴν εἰδέναι χρή, ἀλλὰ διὰ θεωρημάτων καὶ ἐπιστημονικῆς ἀποδείξεως. τοῦτο δὲ οὐδεμιᾶς ἄλλης ἔργον ἐστὶ τέχνης εἰδέναι καὶ ἐπιστήμης, πλὴν μόνης φιλοσοφίας τῆς κατὰ Πυθαγόραν, ἣτις ἐξαιρέτως τῶν ἄλλων τὰ μαθήματα προτιμᾶ.

ΤΟΥ ΙΕ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Εἰς ταῦτὸ δὲ φέρει ²⁴⁾ καὶ τὸ ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου· Ἐριν-

Pythagoricis siue diuinis rebus absque lumine ne loquaris.

23) ὑπερβαίνειν] Edit. Arc. et Cd. Ciz., ὑπέρβαινε Cd. Par. — Paulo inferius Cd. Ciz. ἐπιστημονικῆς. De hoc

dentiam adhibendam excitat. Mens enim similis est lumini animi, atque hunc, quum indefinitus sit, definit, et quasi e tenebris ad lucem producit. Decet igitur omnium, quae in vita sunt honesta, mentem ducem constitui. Atque maxime quidem hoc de pythagoreis dogmatis valet, quippe quae sine lumine cognosci nequeant.

SYMB. XIV. EXPL.

Symbolum *iugum ne transilito* adhortatur, ut iuste agamus atque aequitatem et moderationem vnice praeferamus, et perfectissimam virtutem agnoscamus iustitiam, quam reliquae suppleant, et sine qua ceterae nihil prosint; neque leuiter ea est cognoscenda, sed per theoremata et demonstrationem ad scientiae subtilitatem confectam. Hoc vero nosse non alius est artis et scientiae praeterquam solius philosophiae pythagoricae, quae magis, quam reliquae, disciplinas in honore habet.

SYMB. XV. EXPL.

Eodem ducit symbolum proximum *per egre abiens ne reuertitor*; nam *Furiae subsequun-*

symb. cf. Rittershus. ad Porphyrr. p. 61. sq. Gyraldus p. 470.

24) δὲ φέρει] Cdd. Ciz. et Par., δὲ φη edit. Arc., δ' ἔφη coniecit Scaliger. προλέγει Cdd. Ciz. et Par., προλέγοι

νύες γὰρ μετέρχονται. καὶ γὰρ τοῦτο εἰς φιλοσοφίαν προτρέπει καὶ τὴν κατὰ νοῦν αὐτοπραγίαν, δηλοῖ τε καὶ προλέγει τὸ σύμβολον ἐναργῶς, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος χῶριζε σαυτὸν πάντων σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ οὕτως θανάτου μελέτην ποιῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα καὶ ἀεὶ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀμεταστρεπτὶ χωρῶν διὰ τῶν προσηκόντων μαθημάτων. ἀποδημία μὲν γὰρ μετάστασις τύπου, θάνατος δὲ ὁ τῆς ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος, οὗτος δὲ τὸ φιλοσοφεῖν ὡς ἀληθῶς καὶ ἄνευ αἰσθητηρίων καὶ σωματικῶν ἐνεργειῶν καθαρῶ τῶν ἡμῶν χρῆσθαι εἰς κατάληψιν τῆς ἐν τοῖς οὐσιν ἀληθείας, ἥπερ ἐπέγνωσται σοφία οὐσα. φιλοσοφεῖν δὴ ἐπιβαλλόμενος μὴ ἐπιστρέφου μηδὲ καθέλκου πρὸς τὰ πρότερα καὶ ἐν συντροφίᾳ σοι διατελέσαντα σωματικά· μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται ἐμποδιζομένῳ εἰς τὰς ὑγιεῖς καταλήψεις ὑπὸ τῆς περὶ τὰ σωματικά ἀχλύος. τὴν δὲ μετάνοιαν ἐριννὺν μετωνόμασεν.

edit. Arc. — Tum καὶ οὕτως Cdd. Ciz. et Par., καὶ ὄντως edit. Arc. — Porro καὶ ἄϋλα καὶ ἀεὶ κατὰ ταῦτα Cd. Ciz., in edit. Arc. desunt verba καὶ ἄϋλα, eademque ταῦτα habet pro ταῦτά. Pro ἀμεταστρεπτὶ in Cd. Ciz. est ἀμεταστρεπί, et in edit. Arc. ἀμεταστρεπί. In verbis τῆς ἐν τοῖς οὐσιν ἀληθείας pro τῆς, vt scribendum, in edit. Arc. et Cd. Ciz. est τὴν, et pro ἀληθείας, quod praebent Cdd. Ciz. et Par., in edit. Arc. ἀμαθίας. Denique pro μετωνόμασεν in edit. Arc. est μετωνόμασε et in Cd. Ciz. μετονομάσε. Conf. de hoc symb. Rittershus.

tur. Hoc enim ad philosophiam mentisque in agendo libertatem impellit, atque ostendit hoc symbolum et aperte praedicat: philosophari aggrediens separa te ab omnibus corporeis et iis, quae sensibus percipiuntur, atque ita mortem meditare, ad intelligibilia et incorporalia atque eodem semper prorsus modo sese habentia non retrouersa facie per disciplinas conuenientes progrediendo. Vt enim peregrinatio est loci mutatio, ita mors discessus animi e corpore; atque hic discessus in eo cernitur, si vere philosophamur et sine sensuum atque corporis actionum adminiculo mentem puram ad comprehendendum id, quod in rebus verum inest, adhibemus; quod verum contineri sapientia compertum est. Philosophari igitur aggrediens ne reuertitor, neque detrahitor ad priora et quae tecum semper vna nutrita sunt corporea. Magna enim inde poenitentia te excipiet, impeditum quippe rerum corporearum caligine, quo minus sinceram rerum notiones concipias. Poenitentiam autem furiam appellauit.

ad Porph. p. 63. et Gyraldus p. 472. In Plutarcho de puer. educ. 17. ita se habet: *μη επιστρέφειν ἐπὶ τοὺς ὄρους ἐλθόντας· τουτέστι, μέλλοντας ἀποθνήσκειν καὶ τὸν ὄρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὄρωντας, φέρειν εὐκόλως καὶ μὴ ἀθνυμῆν.* In Diog. Laert. ἀποδημοῦντα ἐπὶ τοῖς ὄροις ἀνεπιστρεπτεῖν. Reuchlin. cab. p. 499.: Ne reflectas, ubi ad terminos perueneris: quo symbolo non tantum trepidare mortem prohibet, verum etiam quic-

ΤΟΥ 15. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ πρὸς ἥλιον τετραμμένος μὴ οὔρει ἐκεῖνο προτρέπει· μηδὲν ζῶδες ἐπιβάλλου ποιεῖν, φιλοσόφει δὲ τὸν οὐρανὸν ὀρῶν καὶ τὸν ἥλιον, φῶς τέ σοι τῆς ἀληθείας ἠγείσθω ²⁵), καὶ μηδέ ποτε μέμνησο ταπεινόφρων εἶναι ἐν φιλοσοφίᾳ, ἐπὶ θεοὺς δὲ καὶ σοφίαν διὰ τῆς τῶν οὐρανίων ἐπισκέψεως ἀνέρχου, καὶ φιλοσοφία ἐπιβαλλόμενος καὶ τῷ ἐν αὐτῇ φωτὶ τῆς ἀληθείας καθαιρών σεαυτὸν καὶ τραπεῖς ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐπιτήδευσιν θεολογίαν τε καὶ φυσιολογίαν καὶ σφαιρικῶν ἐπίγνωσιν αἰτιολογίαν τε τὴν ὑπὲρ πάντα ταῦτα μηκέτι ζῶδες τι ποίει μηδὲ βροσκηματῶδες.

ΤΟΥ 16. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ αὐτὸ ²⁶) παραγγέλλει καὶ τὸ δαδίῳ θᾶκον μὴ ἀπόμασσε. οὐ γὰρ μόνον, ἐπεὶ καθαρτικὸν τὸ δαδίον τῷ τά-

quid in fatis est, quantumcunque terreat: hi namque sunt termini definiti et determinati, quos transire non poteris.

25) ἠγείσθω] In Cd. Ciz. ἠγείσθω. Tum ἐπισκέψεως edit. Arc., ἐπισκήψεως Cd. Ciz. Ποίει edit. Arc., ποιεῖ Cd. Ciz. De hoc symbolo cf. Gyraldus p. 485.

26) Τὸ δὲ αὐτὸ] Edit. Arc., τὸ δὲ ἐαυτῷ Cd. Ciz. τὸ δὲ ἐαυτῷ Cd. Par. Ante δαδίῳ inserui τό, quod vulgo abest. Τάχιστον Cd. Ciz., quod praetuli lectioni ταχίστου, quam edit. Arc. praebet. At ignis celerrimus hic non apte dicitur. Ἀντιμάχεσθαι Cd. Ciz. et edit. Arc., αὐτὸν μάχεσθαι Cd. Par. Post ἴδια addidi καί, quod abesse non potest. Pro ζῶδίας, ut iam Scaliger

SYMB. XVI. EXPL.

Symbolum *ad solem conuersus ne meitto ad id excitat: ne quid belluinum facere animum inducito, sed philosophare coelum intuens et solem, et veritatis lux viam tibi monstret: neque vnquam demisso animo in philosophia esto, ad deos potius et sapientiam per coelestium contemplationem adscende, atque ad philosophiam incumbens luceque veritatis, quam illa continet, te lustrans, et ad hanc institutionem, ad theologiam et physiologiam et sphaerarum cognitionem causarumque explicationem haec omnia superantem conuersus ne quid facito, quod sit belluinum et ferinum.*

SYMB. XVII. EXPL.

Eandem vim habet etiam symbolum *facula sedem ne abstergito.* Neque enim solum propterea, quod facula celerrime et pluri-

correxit, in edit. Arc. et Cd. Ciz. est *ξνωδίας*. Denique *ζωωδία* Cdd. Ciz. et Par., *τῆ ζωωδία* edit. Arc. — In aliis scriptoribus, quos consulere potui, in hoc symbolo pro *δαδίω* legitur *ἐλαδίω*, vt in Diog. Laertio: *ἐλαδίω εἰς θάκον μὴ ὀμόγγυσθαι*, et ex hoc in Suida, tum in Gyrardo p. 496. (vbi *λαδίω* est sphalma typogr.) Etiam Reuchlin. de arte cab. p. 499.: oleo sedem ne abstergas. In Erasmi adag. p. 735. eodem vitio typogr. legitur: *λαδίω εἰς θάκον μὴ ὀμόγγυσθαι*. Forsitan tamen etiam alibi lectum fuit, vt in Iamblichio, *δαδίω*, vnde ille error *λαδίω*; hinc Iamblichi scripturam non mutauit.

χιστον καὶ πλείστου μεθεκτικὸν εἶναι πυρός, ὡςπερ τὸ λεγόμενον θεῖον, παραινεῖ μὴ μαιίνειν αὐτὸ φύσει μασμῶν ἀποσοβητικὸν ὑπάρχον, μηδ' ἀντιμάχεσθαι τῇ φυσικῇ ἐπιτηδειότητι αὐτοῦ μολύνοντα τὸ μολυσμοῦ κωλυτικόν· ἀλλὰ μάλλον μὴ μίσγειν μηδὲ κατακιρνᾶν τὰ σοφίας ἴδια καὶ τὰ τῆς ζωδίας. δαδίων μὲν γὰρ διὰ τὴν εὐφέγγειαν φιλοσοφία παραβέβληται, θᾶκος δὲ διὰ τὴν χαμαιπετείαν ζωδία.

ΤΟΥ ΙΗ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ ἀλεκτρούονα τρέφε μὲν, μὴ θύε δέ· μὴνη γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται συμβουλεύει ἡμῖν ὑποτρέφειν ²⁷⁾ καὶ σωματοποιεῖν καὶ μὴ παρορᾶν τὰ ἀπολλύμενα καὶ διαφθειρόμενα, ἅτε τῆς τοῦ κόσμου ἐνώσεως καὶ ἀλληλουχίας συμπαθείας τε καὶ συμπνοίας μεγάλα τεκμήρια. ὥστε προτρέπει τῆς τοῦ παντός θεωρίας καὶ φιλοσοφίας ἀντιλαμβάνεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ἀπόκρυφος φύσει ἢ περὶ τοῦ παντός ἀλήθεια καὶ δυσδήρατος ἱκανῶς, ζητητέα δὲ ὅμως ἀνθρώπῳ καὶ ἐξιχνευτέα μάλιστα διὰ φιλοσοφίας. διὰ γὰρ ἄλλου τινὸς ἐπιτηδεύματος οὕτως ἀδύνατον αὕτη

27) ὑποτρέφειν] Edit. Arc., ἀποτρέφειν Cd. Ciz. Deinde scripsi τὰ ἀπολλ. — ἅτε pro ἀπολλ. — τά, quae est lectio edit. Arc. et Cd. Ciz. Συμπαθείας τε edit. Arc., συμπ. δὲ Cd. Ciz. Ἐξιχνευτέα edit. Arc., ἐξιχνατέα Cd. Ciz. Tum οὕτως Cdd. Ciz. et Par., ὄντως edit. Arc.

nam flammam concipiens, ut sulphur, vim purgandi habet, cohortatur, ne inquinemus id, quod natura sordes remouet, neque repugnemus naturali eius qualitati, contaminando id, quod contaminationem prohibet; sed multo etiam magis, ne misceamus, aut confundamus ea, quae propria sunt sapientiae, et quae animalium naturae. Facula enim propter splendoris claritatem cum philosophia, sedes autem propter humilitatem cum animalium natura comparata est.

SYMB. XVIII. EXPL.

Symbolum gallum alito quidem, at ne inmolato: nam lunae et soli consecratus est, nobis suadet, ut nutriamus atque curemus neque negligamus ea, quae pereunt et corrumpuntur, utpote unitatis vniuersi inutuaeque connexionis, conuenientiae et concentus magna argumenta. Impellit igitur, ut vniuersi contemplationem et philosophiam affectemus. Etenim abscondita quidem natura est veritas, quae pertinet ad vniuersum, quaerenda tamen homini et inuestiganda maxime per philosophiam. Nam alia institutione hoc sic

Μεγαθύνει Cd. Ciz., *μεγεθύνει* edit. Arc. Denique *ἐναργεστέρῃ* edit. Arc. et Cd. Ciz., *ἐνεργεστέρῃ* Cd. Par. Post *φιλοσοφητέον* addidi *ἄρα*, quod neque in edit. Arc. neque in Cd. Ciz. legitur, verum abesse non potest. De symb. cf. Gyrald. p. 482.

Ἰὲ μικρά τινα ἐναύσματα παρὰ τῆς φύσεως λαμβάνουσα καὶ ὡσανεὶ ἐφοδιαζομένη ζωπυρεῖ τε αὐτὰ καὶ μεγαθύνει καὶ ἐναργέστερα διὰ τῶν παρ' αὐτῆς μαθημάτων ἀπεργάζεται. φιλοσοφητέον ἄρα ἂν εἴη.

ΤΟΤ ΙΘ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ ἐπὶ χοίνικι μὴ καθέξου πυθαγορικώτερον ἐκδέξατο ἂν τις ἐκ τῶν αὐτῶν τοῖς ἀνωθεν ὀρμώμενος. ἐπεὶ γὰρ σωματότητι ²⁸⁾ καὶ ζωδία καὶ οὐ χοίνικι μετρητή ἐστὶν ἢ τροφή, μὴ ἡρέμει μηδ' ἀμύητος φιλοσοφίας διατέλει, ἀλλ' εἰς ταύτην σαυτὸν δούς ἐκείνου μᾶλλον προνοοῦ τοῦ ἐν σοὶ θεοειδεστέρου, ὃ ἐστὶ ψυχὴ, καὶ πολὺ πρότερον τοῦ ἐν ταύτῃ νοῦ, ὡν τροφή οὐ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρία καὶ μαθήσει μετρεῖται.

ΤΟΤ Κ. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ γαμψώνυχον μηδὲν παρατρέφε πυθαγορικώτερον συμβουλεύει· κοινικὸς ἴσθι καὶ μεταδοτικὸς ²⁹⁾, καὶ τοὺς

28) σωματότητι] Edit. Arc. et Cd. Ciz., σωματικά Cd. Par. Μετρητή Cdd. Ciz. et Par., μετρητέα edit. Arc. Ἀμύητος edit. Arc. ἄμικτος Cd. Ciz., quae verba facile possunt confundi. Ἐν ταύτῃ νοῦ edit. Arc. In Cdd. Ciz. et Par. pro νοῦ est σου. Conf. Gyrald. p. 470. sq.

29) καὶ μεταδοτικὸς] Edit. Arc. A Cd. Ciz. καὶ abest. Διδόναι τε edit. Arc. διδόναι τι Cd. Ciz. Vocabulum ἀκακότητος neque in Steph. Thes. neque in Schneideri lex. consignatum est. Ἀφείναι Cdd. Ciz. et Par., ἀφῆναι edit. Arc. Tum ἔσταισιν γε Cd. Par., sed in Cd. Ciz.

fieri nequit: haec autem parua quaedam incitamenta a natura nacta et quasi manu ducta ceu ignem sufflat et auget atque disciplinis suis illustriora reddit. Quamobrem philosophandum est.

SYMB. XIX. EXPL.

Symbolum *choenici ne insideto* pythagoreo prorsus modo explicare possumus ab iisdem, quae supra dicta sunt, profecti. Quoniam enim corporis habitu et animalium natura, neque choenice alimenta sunt metienda, ne quiescito, neque expers esto philosophiae, sed ad hanc te dans illud magis cura, quod in te diuinius est, quod est animus, et multo prius eam animi partem, quae mens est, quorum alimenta non choenice, sed contemplatione et cognitione aestimantur.

SYMB. XX. EXPL.

Symbolum *ne quid eorum, quae curuos ungues habent, alito* pythagorice hoc praecipit: esto beneficus et liberalis, atque ceteros

et edit. Arc. γε deest. Pro ἀγκύλων Cd. Par. habet ἀγγύλων. Tum κράγαι scripsi cum Vulcanio; κρεάγαι edit. Arc., κρεάγαι Cd. Ciz., κρεάγραι Cd. Par. In Arist. hist. de anim. IV, 2. 1. est αἱ κραγγόνες: ad quem locum cf. Schneid. Adnot. T. III. p. 191 sqq. — Προσαρτηθειῶν Cd. Ciz. et edit. Arc., προσαρτηθειῶν Cd. Par. Tum ἵνα δι' αὐτῶν edit. Arc., ἴδι' αὐτῶν Cd. Ciz. Δεχόμεθα Cdd. Ciz. et Par., δεχόμεθα edit. Arc. Deinceps cum Scal. scripsi κατὰ pro καί, quod est in Cd. Ciz. et edit. Arc.

ἄλλους τοιούτους εἶναι παρασκευάζε διδόναι τε καὶ δέχεσθαι ἀκακοήθως καὶ ἀφρόνως ἐπίζων, ἀλλὰ μὴ πάντα μὲν λαμβάνειν ἀπλήστως, διδόναι δὲ μηδέν. ἢ γὰρ τῶν γαμψωνύχων φυσικὴ διοργάνωσις λαβεῖν μὲν τάχιστα καὶ ῥαδίως δεδημιούργηται, ἀφεῖναι δὲ ἢ μεταδοῦναι οὐκέτι διὰ τὴν ἔνστασίν γε ἀγκύλων ὄντων τῶν ὀνύχων· ὃν τρόπον καὶ αἱ κράγραι πεφύκασιν ἐπισπᾶσθαι μὲν τάχιστα, ἀφεῖναι δὲ δυσχερῶς, εἰ μὴ τις ἄρα ὑπερεπικλίνῃ αὐτὰς ἀναστρέφων. προσαρτηθεισῶν δὲ ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν χειρῶν, ἵνα δὲ αὐτῶν διδῶμεν τε καὶ δεχώμεθα κατὰ τὸν κοινωνικὸν λόγον, καὶ τῶν δακτύλων ἀπλῶν πως καὶ οὐκ ἀγκύλων αὐταῖς προσπεφυκότων· οὐ μιμητέον ἐν τοῖς τοιούτοις τὰ γαμψώνυχα ἑτέρῳ τρόπῳ δημιουργηθέντα ὑπὸ τοῦ πλάσαντος, ἀλλὰ μᾶλλον κοινωνητέον ³⁰⁾ ἄλλοις καὶ μεταληπτέον, προτρεπομένους εἰς τὸ τοιοῦτον ὑπ' αὐτῶν τῶν τὰ ὀνόματα τιθεμένων, οἳ τὴν δεξιὰν τῶν χειρῶν ἐντιμοτέραν ὠνόμασαν οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκτὴν ὑπάρχειν ἐν τῷ μεταδιδόναι. δικαιοπραγητέον ἄρα, διὰ δὲ τοῦτο φιλοσοφητέον· ἀμοιβὴ γάρ τις καὶ ἀνταπόδοσις ἢ δικαιοσύνη τὸ πλεονάζον καὶ ἐλλειπὲς ἀνταποδιδούσα δι' ἀντιδόσεως.

30) κοινωνητέον] Cdd. Ciz. et Par., κοινοτέον edit. Arc. Ἐντιμοτέραν edit. Arc. et Cd. Ciz., τιμοτέραν Cd. Par. Διὰ δὲ τοῦτο scripsi pro διὰ δὲ τοῦτου, quod habent edit. Arc. et Cd. Ciz., et διὰ τοῦτο δὲ, quod Cd. Par.

tales reddito adsuefaciendo, vt absque illiberalitate largiterque dent et accipiant, neque omnia insatiabli cupiditate accipere, at nihil dare velint. Quae enim curuos vngues habent, ea natura ita sunt constituta, vt celerrime et facile accipiant, nequaquam vero dimittant aut communicent propter curuorum vnguium renisum: quemadmodum etiam crangae factae sunt, vt celerrime ad se attrahant, difficulter autem dimittant, nisi quis forte eas inuertens superincubuerit. Quum autem nobis a natura manus additae sint, quarum ope daremus et acciperemus secundum praeceptum, quod bona communia esse iubet, iisque digiti simplices quodammodo et non curui adiuncti, non imitanda sunt his in rebus ea, quae curuos vngues habent, diuerso illa modo a creatore facta; sed potius id est faciendum, vt mutuo nobis de bonis largiamur et tribuamus: ad quod impellimur ab iis, qui nomina rebus imposuerunt, qui dextram manum praestantiorum appellarunt non inde solum, quod accipit, sed etiam inde, quod in largiendo apprehendi potest. Quamobrem iuste est faciendum, idcirco autem philosophandum. Iustitia enim est retributio quaedam et remuneratio, id quod abundat et deficit retribuens per remunerationem.

Ἀνταπόδοσις Cd. Par., *ἀνταπόδοσις* edit. Arc. et Cd. Giz. —
De hoc symb. cf. Gyraldus p. 474.

ΤΟΥ κα. ΣΤΜΒ. ΑΝΑΠΤ.

Τὸ δὲ ἐν ὁδῷ μὴ σχίσει δηλοῖ, ὅτι ἐν μὲν τὸ ἀληθές³¹⁾, πολυσχιδές δὲ τὸ ψεῦδος· δηλον δὲ ἐκ τοῦ τὸ μὲν τι ἕκαστον μοναχῶς λέγεσθαι, εἴπερ ὑγιῶς λέγοιτο, τὸ δὲ τι οὐχὶ ἕκαστον ἀπείροις τρόποις. ὁδὸς δὲ ἢ φιλοσοφία δοκεῖ εἶναι. λέγει οὖν, ὅτι αἰροῦ φιλοσοφίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁδόν, ἐν ἣ οὐ σχίσεις, οὐδὲ ἀντιλεγόμενα δογματίσεις, ἀλλὰ ἐστῶτα καὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἀποδείξει ἐπιστημονικῇ βεβαιωθέντα διὰ μαθημάτων καὶ θεωρίας, ὃ ἔστι, πυθαγορικῶς φιλοσόφει. δύναται δὲ καὶ ἐπειδὴ ἢ διὰ τῶν σωματικῶν καὶ αἰσθητῶν χωροῦσα φιλοσοφία, ἢ οἱ νεώτεροι κατακόρως χρῶνται καὶ τὸν θεὸν καὶ τὰς ποιότητας καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ ἀπλῶς πάντα τὰ ἐν τοῖς οὖσιν αἷτια κυριώτατα νομίζοντες σῶμα εἶναι, εὐολίσθητός ἐστι καὶ εὐανάτρεπτος, καὶ δηλοῦσιν αἰ τῶν δοκούντων τι λέγειν περὶ αὐτῆς ποικιλώταται ἐπιχειρήσεις· ἢ δὲ διὰ τῶν ἀσωμάτων³²⁾ καὶ νοητῶν αὐτῶν

31) τὸ ἀληθές] Cd. Ciz., ἀληθές edit. Arc. Iam Scal. addidit τό. Pro πολυσχιδές, vt recte edit. Arc., in Cd. Ciz. est πολυσχεδές. Quae deinceps leguntur verba in edit. Arc. μοναχῶς — οὐχὶ ἕκαστον, in Cd. Ciz. male omīssa sunt. Paulo post de emendatione Scaligeri et Vulcanii dedi σχίσεις pro σχίσις, quod legitur in edit. Arc. et Cd. Ciz. Tum φιλοσόφει Cd. Ciz., φιλοσοφεῖ edit. Arc., φιλοσοφεῖν Cd. Par. — Δύναται edit. Arc. et Cd. Ciz., pro quo Scal. coniecit δυνατά, quo non opus est. Deinde δηλοῦσιν αἰ Cdd. Ciz. et Par., δηλ. οἱ edit.

SYMB. XXI. EXPL.

Porro hoc *in via ne scindito* declarat, vnum esse verum, mendacium autem multifidum. Quod inde patet, quod alterum semper vno modo dicitur, si quidem recte dicitur, alterum autem non idem infinitis modis. *Via* autem videtur philosophiam significare. Hoc igitur vult: „elige illam philosophiam et viam ad philosophiam, in qua non dissensiones, neque contrarias sibi opiniones, sed dogmata firma et sibi constantia subtili demonstratione disciplinarum et contemplationis ope confirmata probabis, hoc est, more pythagoreo philosophare.“ Quae philosophia etiam valida est, quoniam illa, quae per corporeas et sensibus subiectas res incedit, qua iuniores ad fastidium abutuntur, et deum et qualitates et animum et virtutes et omnes omnino rerum causas primarias corpus esse opinantes, facile labefactari et euerti potest, quod ostendunt varii eorum conatus, qui de illa dicere aliquid sibi videntur. Quae contra philosophia per res incorporeas et intelligibiles, materiae expertes et

Arc. Ποικιλώταται Cdd. Ciz. et Par., ποικιλώτατα edit.
Arc., ποικιλωτάτας Scal.

